De

Claustris Svio-Gothicis,

Disquisitio Historico-Ecclesiastica,
cum Thesibus varii argumenti Theologicis,

cujus Particulam IX

Auctoritate Max. Ven. Theol. Ord. Lundens.

pro Examinibus Sacerd. et Pastor.

P. P.

PETRUS WIESELGREN,

Respondente

BERNHARDO CAVALLIN,
Scano.

In Acad. Carol. Audit. Maj. die XIX Decemb. MDCCCXXXII.

Londini Gothorum MDCCCXXXII.
Typis BERLINGIANIS.

Till

Härads-Prosten

i Frosta och Prosten i Borlunda

Högärevördige och Höglärde

Herr Mag. S. J. *CAVALLIN*

och

Högädla Prostinnan

Fru ERICA GUSTAVA ROOSVAL!

När vårlig bäck bland tufvor klang
Med *vårens förstling* till er sprang
Er Berndt, som lika fröjdfull ger
Sin *lärdoms förstling* ock till er.

Men frågar älskad syskonring
Hvad Brodrens gåfva är för ting,
Så svaren: "nu ger Berndt oss stoft,
Och låter er ge blomsterdoft."

Sonlig kärlek.

Ep. Henricus condidit. Messen. Sc. Ill. T. XV. p. 92. Qua Episcopum Johannem Brask, qui *Nor* eam vocabat, Regno ut restitueretur, Rex Gustavus orbavit.

57 (?) Nydala.

Claustr. præcistericiense.

Monasteriologi.

Messenius in *Scond. Ill* T. I p. 97: An. 1144 in Gothia meridionali, R. Svercheri ac Gislonis Episcopi munificentia, surgit *Benedictinis* habitatio *Novevallensis*. In Catalogo T. IX deest. Observavit id Hermansson assentiens. *Rhyzelius*: Thet föregifves fuller, att någre Benedictin-Munkar aldraförst insattes i thetta kloster. Men K. Carl Swerkersson satte hit in Cist. eller Bernh. br. år 1257. (1157).

Si ne dicam de *sæculo* sed de decennio quæstio esset, res aliquid momenti habuisset. Cum vero de prima fundatione a. 1144 nostri affirmant Scriptores & de adventu Cisterciensium a. 1147 exteri, flocci æstimetur. Vide *Cisterc. Nydala.*

58 (?) Sigtuna.

Claustr. in urbe Uplandica.

Monasteriologi

Messenius in *Scond.* T. XV p. 19: "Circa 1064 expeditus Brenâ junior Adalvardus, primus & ultimus evadit antistes Sigtunensis in Sveonia. Sigtunæ domicilium Benedictini obtinent hoc tempore." *Rhyzelius* exstructionem anno 1064, destructionem anno 1188 adscribi posse opinatur.

De *Lagerbringio* dubitante prius monuisse satis est. Usque ad Dominicanorum adventum, monasterium in urbe, quondam metropoli regni, jam Episcopi per aliquot annos sede, tali scilicet temporis ingenio omnino defuisse, vix crederem, etiamsi nihil de re haberent scriptores. Cum vero fontem Messenii amisimus, inter incerta locum hoc Claustrum Scholasticum teneat. Vide *Bullar. Svio-G. Celsean.* p. 94.

59 (†) Sköfde.

Claustr. Westrogothicum.

Monasteriologi.

Rhyzelius negat, *J Hermansson & P. Staaf* in diss. *de Ord. Bened.* p. 28 inter Monasteria, quæ ad certos ordines referre non potuerunt," *Schöfdense*, quod ortum S. Helenæ debere dicitur, locant". Quamvis non fuerit Claustrum, Ecclesia tamen insignior. 1346 d. 1 Maji Rex Magnus II & Regina Blanca in testamento Ludosiæ condito post Claustrum Eskiltunense memores sunt Sanctæ Elinu kyrkiu i Skoþwe. Vide etiam *Bullar. Svio-G Celsean.* p. 41.

60. (?) Upsala.

Monasteriologi

H. Spegel in H. E. p. 136: "Claustra Upsaliensia - - 3. Fratr. Ord. S. Benedicti." Negat *Peringsk.* Mon. Uller. p. 309, Bene observat *Hermanss.* "Mirum tamen videri poterit, quod in primaria regni Metropoli, nullum primarii ordinis Monastici coenobium fundatum foret, cum in plerisque aliis regni ditionibus, ubi Regum sedes vel domania fuerunt, exstructa nominentur."

Observemus nos, hic rem *membranis* hærere non posse. Sic etiam si membranas omnes perlegeret Peringsköld Suecanas, nihil de ipso Ansgario offenderet. Tamen ille heic adfuit. Monasteria Benedictina veterioris ævi sunt, quam quod litteræ nostræ pergam. illustrent. Wiby *Cisterciensium* primum tali confirmatione gaudet (1167—85).

61. (?) Wreta.

(in Ostrogothia)

Claustr. monial. præcisterciense.

Monasteriologi

Messenius in *Scond.* Ill. T. I. 95: "A. 1129 Ostrogothi Suecicum pertæsi jugum, Ingonem ferali potione in pago sustulerunt Vretensi, fabricæ intentum Monasticæ." T. XII. p. 86 in Apologia addit, fundatum ab Ingone coenobium bonisque dotatum amplissimis; quo vero defuncto, uxorem Helenam ibi ingressam vitam sanctissime illic transegisse. Idem deinde Monasterium Carolum eleganter consummasse Virginibus ex Cistertio

Sveviæ Ord. D. Bernh. eo traductis, cum a Benedictinis antea coenobitis incoleretur." *Rhyzelius* hoc a. 1128—1163 floruisse affirmat.

V. S. Bernhardi Ordinis s. Cisterciensium.

Reformati Benedictinismi Auctor fuit *S. Bernhardus* celebritate maxima gaudens. Natus nobili genere ad *Fontes* (Fontaines) in Burgundia a. 1091, Abbas Clarevallensis (Clairvaux) mortuus est 1153. De quo Lutherus: *Ist jemals ein gottesfürchtiger und frommer Mönch gewesen, so wars St. Bernhard, den ich allein viel höher halte, denn alle Mönche und Pfaffen auf dem ganzen Erdboden.*" Sæculo uno post mortem fundatoris præterlapso 800 Abbatiarum mater erat abbatia Clarevallensis. Paucæ restant. Claustra Marienstern & Marienthal Saxonica adhuc florent. De vestitura Ol. Petri: "S. Benhardi Orden, the haffua svarta och hwijta kugeler." Voluit forsan scribere, eos albam habere vestem nigris Scapuliis ornatam. Suethicis Cisterciensibus ideæ non hospites erant Bernhardinorum. Vide *Evangeliorum harmoniam Suethice* in Codice hujus Bibliothecæ Bergmanniano. In expositione Evangelii de Martha & Maria copiosissime demonstrare conatur: *at förste delin active vite skal foregange contemplativam vitam.* Quacum conferas *Dialogum inter Cisterc. & Cluniac. Monachum, Thes. Anecd. ed. Martene T. V. Mauri Hrabani libr. adv. Judæos cap.* 49 ib. &c. &c. Vide *Sv. Skön. Litt. I.* p. 78—93.

Nihil dissuadet opinionem, Bernhardinos præsertim advenas hac quoque in regione eandem servasse indolem, quám aliis locis revelarunt. Cum etiam docti viri huic Ordini contemplationem et theoreticarum rerum amorem prævalentem adscribant, ex Dialogo inter an. 1153 & an. 1174, auctore Monacho, qui Cluniacensibus relictis ad Cistercienses "convolavit", quædam tradamus. *Cisterc.* Quod - - poeticis verbis uteris, non miror, quia tibi & ceteris tui Ordinis Monachis poetica figmenta adeo placent, ut in eis studeatis, & eadem lectitetis & doceatis, etiam in illis horis, quas S. Benedictus sacræ lectioni & manuum operi designavit & instituit. *Cloniac.* Libros gentilium legere solemus, ut per eorum lectionem majorem S. Scripturæ intelligentiam nobis comparemus, quia sicut tibi notum est, - - - sicut vester ordo est *activus*, quia elegit sibi justum laborem cum Martha, ita noster ordo est *contemplativus*, quia elegit sibi sanctum otium cum Maria. - - *Cist.* Regula August. — Bachunii — Macharii: *Sapiens suis manibus operatur & victum sibi quotidianum acquirit, & lucratus est orationes & jejunia sua. Si autem ab alio acceperit victum, quid*

prodest quod orat & vigilat? Sicut mercenarius malus, sic nudus evadit - - - - *Clon.* Placet quod dicis. *Cist.* Vester ordo, quia illa quinque sensuum oblectamenta, sicut noster ordo, non amputavit, plura accipit, quia pluribus indiget nec necessitate sed sola voluntate. *Clon.* Quæ sunt illa? *Cist.* Pulchræ picturæ, variæ celaturæ, utræque auro decoratæ, pulchra & pretiosa pallia, pulchra tapetia variis coloribus depicta, - - in libris aureæ litteræ. - - - *Cist.* Apud Ægyptum ab antiquis patribus sancita sententia hæc est: *operantem monachum uno dæmone pulsari, otiosum vero innumeris spiritibus devastari. Clon.* Quamvis nec in horto, nec in agro laboremus, tamen ex toto otiosi non sumus. Aliqui legunt, aliqui manibus operantur. *Cist.* Ego novi illa vestra otiosa opera. *Clon.* Quare dicis ea otiosa? *Cist.* Sicut verba quæ non ædificant sunt otiosa, ita illa opera, quæ non pertinent ad necessarios usus - - ut magnas capitales pingere literas . . . Rusticationi, quam Deus creavit & instituit operam damus & omnes in commune laboramus nos & fratres nostri & mercenarii nostri, unusquisque secundum suam possibilitatem & omnes communiter de labore vivimus. *Clon.* At . . . psalmista: *Vacate et videte quoniam suavis est Dominus. Cist.* . . . a labore revertentes, multociens in sudore vultus nostri, pane nostro vescimur; in ipso quoque labore per misericordiam Dei non solum integri psalterii decantationes, sed etiam cordis compunctiones & lacrymarum effusiones frequenter fiunt a timentibus & amantibus Deum, qui si in claustro contra præceptum regulæ sederunt, forsitan aut dormitarent aut per vagationem mentis minus utilia cogitarent - - - Cantant hymnum: *Te lucis ante terminum*, sicut: *Aurora lucis rutilat* 1) & *Jam lucis orto sidere. Clon.* Si *Aurora lucis rutilat* aurora rutilante cantaremus, tunc illo dulci matutino somno fraudaremur. *Cist.* - - - Claudenda sermocinatio.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Ultra quos citraque nequit consistere rectum.

---

1) Hunc Augustini hymnum etiam *Mercenarii* Germanici, jam sæculo nono canere potuerunt. En exordium

Aurora lucis rutilat
Coelum laudibus intonat
Mundus exultans jubilat
Gemens infernus ululat.
Cum rex ille fortissimus
Mortis confractis viribus
Pede conculcans tartara
Solvit catena miseros.

Tagarod leohtes lohazit
Himil lopum donarot
Uueralt feginontiu uuatarat
Suftonti pech uuafit.
Denne chuinc der starchisto
Todes kaprochanem creftim
Fuazziu katretanti hellauuizzi
Intpant chetinnu uuenege.

Vide *Program. Jac. Grimm Gottingæ X Nov. 1830.*

De ingenio Cisterciensium doctrinæ Christianæ e Dialogo tantum addam. *Clon.* Collectis in unum præmissis rationibus & S. S. Patrum exemplis . . . sed si illud sanctissimum altaris officium non facit hominem bonum & sanctum, quid est, quod faciat bonum & sanctum? *Cist.* Nihil nisi *fides*, illa quæ operatur per dilectionem.

Nobis etiam *modus* sit! Negari non potest, e schola tali progressos esse qui huc primo venirent, secum vestimenta & vasa sacra ceteraque utensilia ad ministerium divini offici pertinentia, calices, libros, argentum, *boves* &c. ducentes 1).

62. Alvastra.

Claustrum Fratrum in Ostro-Gothia.

Monasteriologi

Vastovius: Alv. fr. Ord. Cist. dictum S. Mariæ de Alvastra a Swerkero R. erectum a. 1150. *Messen.* Sc. Ill. T. II. p. 1. idem. *Sparrm.* idem præter an. 1130, citato Jac. Gisl. in Chronol. p. 72. *Rhyz.* ad an. 1140 Bened. an. 1130 Cisterciense factum adfirmat.

De initiis,

ex fontibus extraneis.

De exordio Cisterc. Ord. Distinctionis IV. Cap. exscriptum habemus in *Scr. Rer. Dan. T. II. p.* 613. *addit.* p. 642. Caput enim dictum locum

---

1) Vide *Cisterc. Warnhem.* Forsan miraris, immigrationum talium vim in animos parentum formandos non negligendam, tamen ab historicis e. g. Lagerbringio tam leviter observari. Mirere potius penuriam nostram librorum. Ne *Thesaurus* quidem ille *Anecdotorum* Lagerbringio, nomine excepto (quod tamen *Martenne* scribit) notus. Nemini meliorum temporum spes arrideat! Cum nuper is, qui Bibliothecæ præfuit, & Thesaurum istum & alios magis necessarios libros ad hastam Münterianam pro pecunia superioris anni reservata rite emisset, illam tamen solvendam adhuc per annos recusat Consistorium Academicum. *Tunc* enim *nihil* emendum. Monachi Wadstenenses, occasione itineris Fratris cujusdam, Concilio qui adesset Constantiensi, usi, pro emendis libris 378 scutatos (circa 1134 R:dr B:co), quos aliis accommodatibus alias reservare potuissent, dari jusserunt. Multis annis *nihil* ad Bibliothecam Lund. emtum. Permultis *aliquot* tantum thaleri consumti. Vide *Anm. i Psychol. Esth. o. Sv. Synonymik af A. Lidbeck Inledn.* p. XXIX & XXXIV. Hic nobis de Claustris scribendum est, Scriptoribus Ordinum singul. omnino carentibus. "Hinc illæ lacrimæ."

accepit in *Cronica Danor. & præcipue Sialandiæ ab. an.* 1028 *an. au.* 1307, quam Arnas Magnæus jam studens Lipsiæ an. 1695 edidit. Vid. etiam *Scr. Rer. D. T. IV* 458, 462. T. I. p. 388 *Manrique Annales Cisterc.*. T. I: p. 452, T. II p. 233 sequ. *Henriques* in Menolog. Cisterc. p. 342 Cet.

In *Exordio* de aquilla illa grandi (Bernhardo, magno meritis, sublimi sanctæ contemplationis alis), quæ e summis cedris Libanicis vallem absinthialem peterat eandemque mox in *Claram Vallem* verterat, agitur. Jam enim super aquas immensas undarumque vertices pennas tendit. Voluit enim S. Bernhardus in populis aquilonarium partium, sicut in ceteris gentibus aliquem fructum habere, quare, petente religiosa Regina Sveciæ 1), conventum fratrum ad illas partes dirigere voluit. Reformidarunt Fratres, quos ad formam religionis & disciplinam nationibus rudibus & indomitis in ultima climate aquilonaris brumæ abstrusis, tradendam abire jussit. Tum "miraculo" illos exhortatus est, i. e. facto, quod explicaret, rigidum lene fore, si vis & vigor in nobis ipsis adsint. Tum vasa sacra ceteraque utensilia ad ministerium sacrum pertinentia capesserunt iter adgredientes, an. 1143 2).

De Gerhardo

primo Priore & Cellerario, secundo 3) *Abbate.* Erat vero inter abituros adolescens quidam bonæ indolis & columbinæ simplicitatis *Gerardus* nomine, qui cum lacrimis dixit: Beatissime pater! ego miserabilis juvenculus relicta domo paterna spretisque omnibus, quæ mihi in hoc sæculo desiderabilia & amabilia esse poterant, religionis amore paternitatem tuam adii, sperans, mea (me?) tua dulcissima præsentia frui debere & tuis exemplis informari quodque votis omnibus exopto, inter sacra corpora Fratrum nostrorum, in hoc coemiterio quiescentium, diem expectare novissimam: Et ecce, ejicis me hodie a facie tua & desiderata mihi sepultura privabor. Compassus adolescenti beatus vir & quæ post annos L futura erant spiritu prophetico prævidens & prædicens, ait ad eum: Vade fili carissime, vade, quo te Sp. S. mittere dignatur, & in agro dominico tamquam strenuus operator labora; Ego tibi in nomine Domini polliceor & securum te facio,

---

1) An Alfhildis, cum Fratres advenirent jam mortua, cujus nomine inclaruit domus, an potius Rikissa, quæ tunc vivebat, fuerit, in medio relinqunt Scr. Rer. Dan. T. II, p. 613. Cum vero, teste Johanne Brask, ex prædiis dotalibus Reginæ claustrum dotaretur, vix de Rikissa, principe Polonica, cogitari potest. Forsan ante mortem ejus conventus erat petitus prædiaque designata, quare jure nomine ejus insignitum est claustrum. 2) Manrique l. c.

3) Primus sæpe salutatur. Primo vero decennio sine dubio Robertus Abbatis officio fungebatur.

quin, sicut desideras, in Clara valle morieris, & coelestis sponsi gloriosum adventum una nobiscum præstolaberis. Hanc sponsionem hilaris & gaudens juvenis suscipiens, sciens utique nec falli posse nec fallere velle hominem, quem sapientiæ & veritatis secretarium esse manifesta signorum & prodigiorum declarabant indicia. Ivit itaque & in domo, quam cum ceteris fratribus initiare mittebatur, *Prioris* & *Cellerarii* administrationes strenue percurrens, divina largiente gratia, pariter & officium *Abbatis* sortitus est. Cujus dignitatis apicem licet invitus conscenderet, malens in humili loco salvari, quam in sublimi periclitari, susceptum tamen religiosissimæ conversationis nitore decoravit. Quia vero propter paucitatem Clericorum vix aliquis de terra illa convertebatur, Dominus 1), fideli suo 2) de partibus Germaniæ & Angliæ literatas & discretas personas mittebat, per quas disciplina Monasticæ Religionis in regno illo fundata crescebat & fructificabat competenter in populis, qui Monachi quidem nomen audierant, sed Monachum antea non viderant. Ipse etiam Dominus Abbas Cellerario suo, Abraham nomine, viro prudenti, universa domus ordinatione in temporalibus cunctisque negotiis exterioribus commissis, totam se spiritualibus studiis mancipavit: animabus lucrandis intendere, in servitio Dei vigil & sollicitus inveniri, frequens esse in labore, dum alias vacaret: frequens enim in lectione, corporale subsidium de communi quærere & per omnia formam pietatis & religionis fratribus suis studens exhibere. Tanta quoque mansuetudinis & patientiæ gratia pollebat, ut, cum quadam vice Monachus quidam, quem pro culpa sua castigarat maligno spiritu afflatus, descendentem eum per gradus dormitorii pugno tam valide percussisset, ut dolor non modicus ictui succederet, tantæ perversitatis hominem non solum non ejiceret, seu gravi culpæ subjiceret, sed etiam contrario seorsum eum trahens veniam coram ipso peteret, supplicans ut rancorem, quem adversus se habebat, propter Deum dimitteret. Ceterum quidquid virtutis, quidquid religionis tam in se quam in subditis suis deprehendebat, non hoc suæ industriæ, sed gratiæ Dei meritisque S. Patris Bernardi tribuebat. Jam vero si forte agendorum causa negotiorum certa necessitas eum de Monasterio progredi postulasset, tantum se ac talem in omni disciplina & continentia secularibus exhibebat, ut tam Rex, quam Principes terræ illius, sicut revera hominem Dei ipsum venerarentur & colerent, & audito eo, multa facerent & libenter eum audirent. Dux 3) etiam terræ illius Vir strenuus & potens totum se ad reverentiam b. Viri submittebat fastigiumque principatus sui Celsitudini sanctitatis ipsius adeo humiliabat, ut aliquoties familiaribus suis diceret:

---

1) Bernhardus. 2) Gerhardo. 3) Forte Dux Guthormus. *Scr. Rer. Dan.* T. II. p. 613.

Quacumque hora Abbatem Gerardum me videre considero, tanto timore concutior ac si omnia secreta & abstrusa pectoris mei pateant oculis ejus. Cum autem jam senuisset & usque ad decrepitam ætatem pervenisset quadragesimum in prælatione complens annum, variis quoque infirmitatibus quateretur, dixit ad Fratres: *Oportet me in Claravalle mori.* Contradicentibus Fratribus, quod propter veteranæ senectutis incommoda vivus illuc duci non posset cum multa fiducia respondit: *Verbum validum & forte prosperos in hoc itinere successus præstabit.* Itaque gestatorio inter duos equos composito, in eo collocatur & non sine grandi miraculo a finibus orbis per tanta terrarum spatia, per tot maris & fluminum pericula Claram vallem pervenit. Accepit vero desideratæ sepulturæ locum juxta b. m. Dn. Benedicti Nanni tumbulum, qui eum familiariter in vita sua dilexerat. Cujus recessum cum Rex Sveciæ 1) comperisset, cum gemitu protestatus est, regnum & terram suam dignam non fuisse, ut in ea tanti viri sacra ossa requiescere debuissent. An. 1190 mortuus est, post L. annos in Svecia traductos, per XL Abbatiæ præfectus.

De initiis

ex *fontibus patriis.*

Annales Sigtunenses in Scr. Rer. Sv. T. I: p. 24. An. 1144 Conventus missus est in Alvastrum & in Nydala. *Cronol. Anon. Vet.* 826—1415 l. c. T. I: p. 50: 1144 Conventus missus est in Alvastram & in Novam vallem eodem die (S. R. D. I: 388). *Ericus Olai l. c. T. II: p.* 43. Sverkerus instituit Monast. Alvastra, misso conventu de Claravalle an. Dni 1150. *Chron. Rhythm. Episc. Linc.* in Mon. Eccl. Benz. p. 118.

Biskop Gislo war then tridie
— — — — —
Han war wid St. Sigfridz tid.
— — — — —
Nydala Kloster monde han sticktha
Och thet af biskops bordena ricktha;
Thy hafuer han ther til fadelig rät
Som biskopen eij anar ath
Konung Swerker gaf tha Alwastra by
Med Biskopz räth til closter aa ny.
— — — — —
Celestinus war tha paffue
Och Kejsser Conradh af Gudz nade.

1) Canutus Erici fil. l. c. putatur.

Spegel in Skriftl. bevis p. 134 Epistolam descripsit Episcopi *Joh. Brask ad R. Gustavum I an.* 1525 dat., ubi: "Alvastra vartt funderet aff Kung Swercke aff hans hustru Drottning Vlvilla mårgon gåffuo, gammalt frelse, som fundationen clarlige beviser och hörde allrig thill Cronene." Cui respondit Rex: "Och som I schreffe ath thenne clöster icke äre funderett aff Cronone, och ath wi forthenskull inthet haffue med them bestelle. Om så aldeles i sanning ähr - - - ther wele wij bespörje oss om. Men thet kunne wij legewäll uttaff wårtt föge förstånd besinne, ändoch j thet icke besinne wele, ath thet frelsse ähr, haffuer först warith vnder skatt" - - - Cfr. *Link. Bibl. Handl. I: p.* 92.

Chronica Claustri.

Rege Swerkero I.

1144—55 perficitur Claustrum, quod Rex sæpe inhabitat. Primus decem per annos Abbas *Robertus* 1), primus Prior et Cellerarius *Gerhardus*, secundus Abbas idem *Gerhardus*, secundus Cellerarius *Abrahamus*. Rex hinc Templum die Jesu natali vicinum visiturus & interfectus a stabulario, quem, ut in vulgo opinio est, postea in olla coquebant Ostrogothi, in sepulchro, quod adhuc Sverkerianum audit, ponebatur 2).

R. Carolo VII.

Claustrum dotatum est et hinc exiit Monachus Stephanus 1164 (1162 alii) primus Arch-Ep. Sveciæ, cujus imago, Rhyzelio vivente, in claustri S. Petri Erfurtensi conservabatur inscriptione ornata: "Stephanus Ord. S. Bened. Sveciæ Apostolus, Upsaliensium Archi-Episcopus obiit 1185." 3) Rex interfectus juxta patrem quiescere coeptus est a. 1168.

R. Canuto V.

Claustri Ecclesia a. 1180 (1181, 1185?) inaugurata 4). Hic sepultus Archi-Ep. Stephanus 1185 5).

R. Swerkero II.

A. 1202 sepeliebatur in cl. Birger Jarl Brosa 6) uxor et filii ibid. ja-

---

1) Vide Libr. Donat. Monast. Sorens. Scr. R. D. T. IV: p. 467. 2) Omberg och dess omgifningar af J. Bohman. 1829 p. 94. 3) Episcop. p. 29. 4) Messen. Sc Ill. T. IV: p. 44. 5) Vide Handl. rör. Skand. Hist. XVII: p. 51. De morte hujus Regis observetur Handl. i Skand. Hist. IV: p. 7 ubi 1196 pro certo adfertur; 1199 tamen in recentissimis historiis repetitur. 6) Alii in Warnhem. Alvastra arridet v. Stjernm. Höfdm. p. 222 et Palmbladio Geogr. p. 280.

cent. 1) A. 1208 d. 26 Junii Henrico Abbati & Conventui in Alvastro molendinum in Broby & Aby &c. vendiderunt Suno Thiælvason & Nepotes Ormerus & Symeon una cum transitu viæ liberæ & aqueductu a ponte Kullsbro usque ad Molendinum prædictum pro viginti marcas bonorum denariorum. Dat. sub sigillis dom. Petri de Hærestadhum & Joh. de Broby Curatorum 2), a. 1210 Rex in Alvastra sepultus est una cum Ingride Regina.

R. Johanne I.

An. 1222. *in Alvastra Rex ipse sepultus.*

R. Erico XI.

A. 1222—30 *Ericus* Dei gr. Rex Suecorum controversiam, quæ inter *monachos de Alvastro* & Brynulfum Stabularium suum vertebatur super longo litigio terminorum inter Crac & Bredavic terminavit. — Abbas tunc erat *Suno.* Consiliarii Regis: Benedictus II Scar. Episcopus Cancellarius & Consiliarius 3), Kanutus Holmgeri f. cognatus & consiliarius, Kanutus Christine filius cognatus & consiliarius, Magister Stenarus. Eringisl Wig Nutricius Regis. 4) Eadem littera rependebat donationem Regis Erici Canuti, Patris, *Claustro* eidem; nam ne aliqua macula animæ patris pro donatione Brynulphi adhæreat, ille affectu filiali errorem patris corrigens, vice istius bol (Brynulpho adjudicati) claustro abjudicati reddidit *alvastri claustro* totam suam tertiam partem in duobus bolum quæ habent in grut bec — sub excommunicatione dei omnipotentis & episcoporum omnium. In transgressores enim regia auctoritate vindicaret, gladium enim portabat ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Sigilla apposuerunt præterea Olaus Archi. Ep. Ups. Eskilus Wisigoth. Legifer & Joar Johannis Filius 5) A. 1225 d. 14, 13 Aug. *Rex Ericus* & *Olaus Arch-Ep.* Ups. sigillis confirmarunt manifestationem Wartoptæ datam Judicis Sigtrygi Estridis filii terminorum inter *Eslo Mansionem Monachorum de Alvastro* & *regium Allmenning*, præsentibus de Claustro Abbate Sunone & Gostavo Cellerario & cum eis fratribus multis 6) A. 1232 d. 2 Nov. Papa Gregorius IX. Bullam misit Episcopo Lincopensi 7) *Abbati ad alvastrum* & præposito de Scheninge, de querela prælatorum & clericorum Lincop. diocecis, quod nonnulli nobiles & alii laici ad Ecclesias frequenter cum personarum & evectionum effrenata multitudine accedentes earum seris & portis casu sacrilego fractis bona destru-

---

1) Bohman l. c. 2) Dipl. Sv. T. I: n. 134. 3) Primus in Senatu Regio vir Eccles. 4) Rosenh. Rådsl. I: n. 32—35. 5) Rådsl. Olaus Basatömer, Esk. Lagm. & Jon Blå. Dipl. Sv. I: n. 216. 6) l. c. n. 240. 7) Benedicto I: qui eodem anno abdicavit.

ant & consumant; mandati sunt censuram adhibere Ecclesiasticam, excommunicatione s. interdicto excepto, nisi specialiter a Papa mandetur 1). A. 1240 *Helena Sverkeri Regis filia*, annuente domino suo *Sunone fulconi ducis filio* 2) *domui Dei in Alvastro* contulit mansionem Guum & aliam in insula Wisinghö thorp ceteras in eadem insula, quæ sui juris fuerunt. Testes erant Dominns R. Abbas ejusdem loci & H. Cellerarius ceterique comites eorum. *Dipl. Sv. I.* n. 302.

R. Waldemaro.

A. 1250—66. *Waldemarus D. gr. Rex Suevorum. & Birgerus ead. gr. dux Suechorum dicti Regis pater* testimonio perennarunt, quod Religiosus vir Thingolfus presbiter cum fratre suo Nicolao prædium suum in Gudstentorp *alvestrensi Monasterio* tradiderit posidendum *Dipl. Sv. I.* n. 847. *An.* 1255 *d.* 22. Dec. Papa Alexander IV bullam dedit ven. fratri Episcop. Strenginensi 3) & dil. *filio Abbati Alvastræ* præpositoque Eccles. Lincop. de Archi-Ep. 4) senio & paralitico morbo laborante, officium qui cedere voluit; mandans, ut prouisionem honestam pro sustentatione assignarent, voluntati senis obtemperantes, "si videritis Ecclesiæ Ups. expedire." *Dipl. Su. I: n.* 428. *An.* 1256 *d.* 22 *Jan. Idem Papa* eosdem jussit, ut viderent ne V Canonici, quos constituerat Wilhelmus Sabinensis, Papa non adnuente, electionem Archi-Episcopi adgrederentur. *Dipl. Su. I: n.* 431. *An.* 1258—82. *Christina fastonis quondam filia de Landasio Monachis de Alvastro*, apud quos eligebatur sepultura, unam dedit curiam in Svecia Ramshams dictam &c. &c. &c. ad reparationem sacrarum vestium in sacristia, ad mensas fratrum in conventu in illa ebdomada, qua viginti specificatæ missæ ab iisdem celebrantur. Eadem postea intimavit, se cum *Dom. Abbate Alvastri Johanne præsentibus Monachis suis fratribus Olavo Cellerario, Alexandro* & *Holmgero* ejusdem domus fecisse, quod cellerarius quilibet alter post alterum sexdecim thynnones annonæ annuatim de communitate accipiet pro pitancia singulis annis facienda. *Dipl. Sv. I: n.* 855, 856. *An.* 1261 *d.* 9 *Junii. Benedicta dom. Sunonis filia*, sub sigillo mariti sui *Svantopolki* 5) bona quædam in Athelef (Adelöfs S.) contulit fratribus Deo serventibus in Alvastrum. *Dipl. Sv. I: n.* 472. *An.* 1262 *d.* 11 *Apr. Birgerus Dei gratia Dux Sveorum* testatus est, quod Ulvildis de barestad Johannis Mus quondam uxor *Alvastrensi Monasterio* omnia sua mobilia & immobilia contulit, hac

---

1) Dipl. Sv. I: n. 276. 2) Folke Jarls Son Sune, Svears och Göthers Jarl under K. Eriks X Rådsl. II: 20. 3) Kol. 4) Jarler. 5) Nepos Dani Esbjörn Snare, filius Ducis Canuti Revaliæ: uxorem habuit B. Ducis Ostro-G. Sunonis Folconis filii filiam; Senator Regni, Legifer Ostro-G.

conditione, ut Dom. *D. Abbas dicti Monast.* & *Successores* Ulvildem quamdiu viveret sustentarent. *Dipl. Sv. I: n.* 478. An. 1268 d. 27 Oct. *Ericus Byrgeri quondom Ducis Germanus* predium suum in Aspelunda Alvastrensi coenobio ubi sepulturam cum conjuge elegerat, contulit. *Dipl. Sv. I: n.* 536. An. 1268 d 11 Dec. *Waldemarus Dei gr. Rex Sueorum*, præsentibus Magno duce & domino Erico dilectis fratribus, dilecta uxore, dom. Svanthapulk & dom. Marscalko Magno 1), Martino milite, procuratore suo in Wisinso, permutationem prædiorum cum *Abbate* & *Conventu Alvastriæ* fecit *Dipl. Sv. I: n.* 537.

R. Magno I.

An. 1276—80 Philippus Caroli in testamento tres marchas denariorum *Claustro Alvastrensi* contulit. *Dipl. I: n.* 901. An. 1275—76 *Johannes Sixtani filius claustro Alvastrum, ubi Sepulturam elegit*, curiam hesleby testamentavit Abbati, ambulatorem unum pro benevolentia & amicitia secum habita speciali conferens. *Dipl. Sv. I: n.* 866. An. 1276 *Siggo de Lyunum* & uxor Christina *Claustro de Alvastro* curiam suam in occid. Lyunum testamento legali contulerunt. Testamentum infirmaturus excommunicatione Dei patris omnipotentis & sanctorum omnium feriatur & cum impiis in die judicii percipiat porcionem. Testes erant Dom. *Abbas Johannes* & *Cellerarius Olavus*, Gudmundus & Stenarus Monachi dictæ domus, Sigillis sub Regis Magni & Episcopi Lincopensis 2). *Dipl. Sv I: n.* 608. An. 1279 d. 8 Jul. *Episc. Henricus Lincop.* testis aderat testamenti Siggonis in Hessleby quo possessiones *Monasterio Alvastri* dicavit. *Dipl. Sv. I: n.* 682. Eod. an. & die idem & capitulum Lincop. declaraverunt, quod communi accidente consensu cum dom. Abbate (R. nominatur 1281) 3) & conventu *Mon. Alvastri* commutationem fecerunt prædiorum, tradentes quiquid in Weversundom possedisse dignoscebantur cum decima ejusdem parochiæ episcopali mensæ subjecta & ab ipsis recipientes curiam de Ströya. *Dipl. Sv. I: n.* 683. An. 1287 hic Episc. Scar. Brynolphus regis iram fugiens latuit 5).

R. Birgero.

A. 1293 d. 2 Aug. Magn. Johannis dedit 40 marc. 6) 1300 Abbas Abraham 4). circa 1300 Benedicta Ducis Sunonis filia, uxor Svante polkii Athelef claustro dedit *), An. 1307. Waldemarus de Sundetorp 7) An. 1308 Ingierd relicta Dni Helmgeri Ulfonis 7). An. 1309 Thorkillus dictus Dyaasek 7) E. a. Catharina relicta Laurentii de Hiernistum 7) claustro benefecerunt. 1312. Claustrum

---

1) Magnus Håkanssons Rådsl. III: n. 8. 2) Henricus I. 3) Tidemannus Abbas erat 1281. (1381?) Rhyz. p. 129. 4) Tuneld VIII ed. III: p. 591. 5) Rhyz. Episc. p. 172. 6) Rhyz Mon. 7) Liljegren apud J. Bohman p. 82, 94. Benefactores Claustri enumerans.

combustum est 8) E. a. in Epiphan. Dom *Johannes Brunkæ* & Elavus suus frater prædia commutarunt cum Religioso viro *Dom. Birgero Abbate in Alvastrum* ex parte Monasterii, assignantes eidem tres octonarios terræ in villa Bierghum, pro quibus receperunt unam marcham terræ in Opsund. Sigillum apposuit Magnificus princeps Dom. Birger Dei gr. Rex Sveorum. *Örnh. Bull. T. VII.* 1037. *Lagerbr. Dipl. T. I.* Cfr. Ejusd. S. R. H. III: 144. An. 1314 d. 24 Febr. Legifer Upl. Birgerus Petri 6), E. a. Folko Ulphonis & uxor Sigridis Martini 7); 1315 Johannes dictus Baer 7); 1317 Siggo Curatus in Wadsbro 7). Circa 1318 sepultus est in Alvastrum Haquinus Johannis Läma, Maresch. R. Suec. 6). An. 1318 d. 18 Jan. *Ericus & Waldemarus Dei gr. Duces Sueorum captivati* in primis religiosis viris *Monachis Ordinis cisterciensis in Alvastrum* XL marcas denariorum constituerunt in testamento non subsignato, approbato tamen & exsecutioni mandato. *Collect. Peringsk. E.* 28 *Exscr. B.*; *Rhyz. Mon.*

R. Magno II. Filiisque.

A. 1318, 1342, 1346, Laur. Ulphonis & uxor Ingr. Anundi 7). 1327 Johannes Ærlinson in Hæstholm 7). Tum Abbas Birgerus 6); A. 1333, Drotzetus Legiferque Ostrogothiæ Canutus Johannis fil. (Blå) confirmavit instrumentum concambii A. 1208 d. 26 Jun. 9) A. 1340 Monialiter hic vivere coepta est S. Brigitta; Monasticam vitam maritus ejus, Hierosolymis redux hic vixit donec an. 1344 (alii 1348) moriretur 14). Vidimavit Canutus Legifer donationem Regis filiæ Helenæ A. 1240 10); A. 1342 Laurentius Ulfonis (Stengafvel) Legifer Suderm. & uxor Ingridis Anundi filia claustro A. ubi sepulchrum elegerant prædia dabant. 11) A. 1343. Abbas Ragvaldus Comitiis adfuit Warbergensibus 6); A. 1345 Haraldus Styrbjörnsson 7); 1348 hic obiit Maritus S. Brigittæ Ulpho Gudmari 6) A. 1350 Helga Benedicti filia, consensu mariti Legiferi Ostrog. Magni Canuti s. (Blå) Tolfstadhae partem Monachis adsignavit Alvastrens. 12). A. 1351 Ragnildis Stephani filia 7) A. 1355 Benedictus Magni 7): 1360 Ingegerd Haraldi filia 7).

R. Alberto

A. 1363 d. 3. Maji vidimavit Paulus Abbas in Alvastr. manifestationem Reg. Erici A. 1225 Dipl. Sv. T. I. n. 246.. 1363 Boto Ragvaldi fil. & uxor Ragnild 7); 1365 hic sepultus Magnus Ro 6); 1369 Benedictus Nicolai de Wallom & uxor Ingeborg 7); 1373 sigillum apposuit Sublegifer Ostrogoth. Pæter Thomasson instrumento emtionis Amundi Banke in

8) Scr. R. S. I p. 27. *) v. Stjernm. Häfd. m. p. 263. 9) Dipl. Sv. T. I: p. 160; v. Stjernm. Höfd. m. p. 268. 10) v. Stiernm. l. c. p. 264. 11) L. c. p. 124. 12) L. c. 266.

Hæsteholm Claustro tradito 13). 1374 Ramborg Canuti relicta Thoconis Pætarsson. 7) 1383 Benedicta Gödzstafs dotter Heynonis Snakenborg uxor missam ad altare S. Laurentii fundavit 7); 1384 Frater Thidemannus Abbas Alvastri attestatus est quod in possessione tenuit Regis Magni vidimationem Bullæ Innocentii A. 1284 15).

R. Margaretha & R. Erico XIII.

A. 1389. Concambium inter Cl. Alv. & Skening, A. 1392 Thideman Abbote i Alvastrum concambium facit cum Nicolao in Sund. 3) A. 1395 Thidemannus Abbas Alvastrens. 4) Attestatum de traditis ab Ep. Linc. Canuto & capitulo per Dn. Tithemarum Abb. Alv. 350 mrc. mon. Alman. ad procurationem Cardinalis de Alanconio Episc. Hostiensis Legati pontif. Dat. Lundæ. 5) 1397 Benedictus Kuse dator 6). 1398. Abbas in Alvastrum visitator Claustri in Sco a Papa constituitur. Questus enim erat, quod tametsi ex institutis Monasterii de sko a tempore immemoriali observatum fuit, ut Abbas Alvast. visitationem, inquisitionem, correctionem & punitionem exercere deberet in Moniales Skogenses atque Abbatissam in casu vacationis eligere; circa hæc tamen ab A. Ep. Ups. impeditus fuerit. Jubebatur itaque Ep. Stregnens. inquisitionem instituere et causam canonice judicare 7). 1399 Ericus Kettilsson (Puke) cum uxore et liberis, sepulcri ergo donabat Cl. A. 1399. Præsente Esbiörn Diakn. "Foghot uti Ostergothl." Steno Benedicti & Pætar Thomæ de parte terræ in Haddatorp Claustri Alv. judicarunt 8); 1404 Ob. Vener. Pater Tidemannus Abbas vir consilii & multæ industriæ S. R. S. I. p. 51. A. 1406 Ramborg Canuti prædia dedit, testibus Esbiörn Christiernsson Höfvitsman i Östergötl. &c. 9) E. a. Jon Joari fil. 4) 1408 Elina Magni fil. 6) Hoc tempore donator Claustri erat Eggert Krummedick cum uxoribus Elina Petersdotter & Merita Sten hakesons dotter, (ante an. 1411 mortui) 10) In monumento sepulchrali legitur:

Hic jacet humatus Eggert Krummedick nominatus
Virtutum plena Quoque uxor ejus Helena 11).

An. 1415. Claustrum igne vastatum 12) An. 1417 pignorationis Nicolai Magni Equitis testes erant Abbas Alvastr. & Harald Jöniss. Consul

---

13) L. c. p. 267 14) Videgren. II: p. 500. 15) Dipl. Lagerbr. T. I. 3) Link. Bibl. Handl. I: 208, 237. 4) Dipl. Lagerbr. T. II. 5) Celse Bullar p. 153. 6) Liljegr. apud Bohman. 7) Celse Bullar p. 155. 8) v. Stiernm. Höfd. m. p. 224. 9) L. c. p. 224. 10) Liljegr. apud Bohman; sic hic Eggert non Senator erat † 1487 quod tamen docuit Widegren. 11) Ekermanni Diss. de Alvastra Ups. 1722 p. 42. 12) Tog genom vådeld en dråpelig skade *Rhyz.*

Skening. 1). E. a. pignorationi cujusdam Birgeri Thuronis sigilla apposuerunt renlivis man H:r Abot Hannus in Alvastra & Nicolaus Magnus Eques 2). An. 1420 Johannes Abbas scripto de Ecclesia Roglösa testis aderat 3), An. 1437. Papa Abbati Alvastra mandat, ut litem inter Claustrum Wadstena & Pastorem in Motala de decima ex prædiis in ejus ecclesia Claustro solvenda dijudicaret 4).

R. Christophero.

An. 1444 Andreas Abbas 5).

R. Carolo VII & R. Christiano I.

An. 1450. Nicolaus V Abbati Monasterii de Saba scripsit. Demonstrarunt Papæ Andreas Abbas Monasterii S. Mariæ de Alvastro Cist. Ord. reditus mensæ Abbatialis ejus Monasterii (quod in suis structuris & ædificiis ruinam non modicam patiatur) adeo esse diminutos ut Abbas pro tempore existens *juxta Abbatialis dignitatis decentiam* commode sustentari & onera sibi incumbentia supportare non valeat; si autem parrochialis Ecclesia de Hedhe, Linc. Dioc. mensæ prædictæ perpetuo uniretur, ipsi Abbati pro sua sustentatione & oneribus supportandis non modicum subventionis auxilium proventurum, ad ipsius quoque cessurum Monasterii venustatem. Simul idem Abbas narraverat dictæ Ecclesiæ reditus XX floren. Aureor. de Camera (ut neque mensæ prædictæ fructus & proventus C hujusmodi florenorum valorem annuum, secundum communem æstimationem) non excedere. Quare Papa Abbati de Saba hujus recognoscendæ & si ita esse invenerit perficiendæ negotium committit 6).

Gubernantibus Sturonibus.

A. 1471 d. 25 Maji; Abbas Andreas in Alv. XX Aureat. Rhin. se a Fratre Abbate Sabensi pro an 1460, 63, 65, 69 & anno ineunte 1472, ut oportuit, accepisse testatus est 7). A. 1477 sepultus hic est Joh. Christers. (Wase) (cum uxore & liberis ibi jacet) 8) A. 1486 consilium Abbatis Alv. quæsivit Eques Ingo Johannis, Claustrum Gudzberg in Dalum ædificaturus. 9) A. 1520 Thorkillus Abbas.

---

1) Dipl. v. Engestr. n. 55. 2) L. c. n. 56; 3) Abbas Johannes 1420 *Tuneld.* Rhyz. qui "subscripsisse" eum adfirmat. 4) Bullar. Örnh. T. II. Excerpt. A. Registr. 5) Rhyz. 6) Porthan Bullar p. 102. 7) Collect, Peringsk. k. 61 Exerpt A. Regist. 8) Bohman, qui tamen Johannem Drotzetum appellat. Frater ejus Nicolaus erat Drotzetus, Johannes Senator. Rådslängden. 9) Mess. Rhyz.

R. Wasæis.

1522 Frater Alv. Nicolaus Abbas Julitensis ab Episcopo Hanne Braske inauguratus est. *Ekerman* p. 36. 1523 in secunda exactione Gubernatori Alvastra XL lödig mark tribuere cogebatur 1). A. 1527 exauctoratum. A. 1528 donatum est Equiti Birgero Nicolai (Grip) Senatori Regis, ea etiam sub conditione, ut sustentaret Monachos remanentes 3); A. 1529 in Nicolaum Svenonis transportatum, qui ½ lest Smör & 100 mrc. ört. Coronæ daret 2); Attamen mox Abbas "arrendator" offenditur 2). A. 1530 iterum exactio facta est in qua: item skall Abboten i Alvastra Closter giffua vor N. H. årligha utaff Clostersens, renta I: C. mark ort. och ½ lest Shmör, pengarne utgiffuandes om Påska och Shmöret om Bartolomej i Surköping 3) A. 1535 Peder Swenske Claustrum sub feudi jure per XII annos habendum accepit. Equites VI armatos præberet. 2) In palude quadam multa infantum cadavera hoc tempore inventa 5). 1545 sequ. Muri destruuntur, cum Arx regia Wadst. ædificaretur. 1573 d. 3 Jan. 4) De Petro Brahe quod hinc lateres ad arcem Wisingburgensem transportasset 6) conqueritur Mandat. Regium, imprimis quod "Wi altid warit till sinnes att samme kloster och the wåningar ther tillyde måtte blifve upbyggde och reformerede igen både för the Konungars och Fursters begrafninger skuld, som i samma kloster ligga begrafne, så vele wi och hafva ther en lustgård uppbyggd, efter ther i orten är god jacht och annan lägenhet." 7) 1575 Gubernatori Joh Sparre mandata est Claustri reparatio, quo mortuo an. 1576 R. Johannes objurgat Nils Hansson, quod Templum Claustrale non reparavisset, "hvilket tigh icke schall bliffue til godo hollit", innotescens, quod in Alvastra, cui annecteretur W. Tolstad, missæ & horæ habendæ essent. A. 1675 Liber Baro de Alvastra Matthias Palbitzki salutabatur. Jam Alvastra sedes est Subtribuni. 8) 1797 Mandatum Regium ruinæ conservandæ consuluit, quam tamen ævi incuria mirum in modum postea neglexit. A. 1826 Acad. Litt. Hum. Hist. & Antiquit., rogante Episcopo Lincopensi Dr. Wallenberg, Membro suo Rääf, Antiquitatis studio celeberrrimo, mandavit ut rudera scrutaretur. Sepulchrale monumentum Ulphonis Gudmari A. 1828 tantum eruere potuit ubi: "Hic jacet nobilis miles dominus Ulpho Gudmarss. legifer Nericiæ quondam maritus Beatæ Birgittæ qui obiit an. Dn: MCCCXLIIII. XII die mensis. Februarii." Cfr. p. 79.

---

1) Linköp. Bibl. Handl. II: 206. 2) Rhyz. 3) v. Troil. Handl. IV. 348—50. 4) Rhyz. (1593 male). 5) Linköp. Bibl. Handl. I: 72. 6) Antea illi fuisse concessum adfirmat Tuneld VIII. ed III: p. 391. 7) Bohman & Widegren Beskr. öfver Österg. 2. st. p. 500. 8) Widegr. l. c. p. 489.

Addantur in exscriptione typographica casu neglecta: pag. 78.

An. 1282 d. 15 Sept. *Ingeburgis de Glanuas* curiam suam in Nodeby *Monachis de Alvastro* contulit. *Dipl. Sv. I: n.* 755. An. 1283 d. 11 Jun. *Siggo Guttormson in Liunom Monachis in Alvastrum* curiam contulit. *Dipl. Sv. I: n.* 762. An. 1284 d. 2 Maji *Ragvaldus Ingonis* filius *fratribus in Alvastro* prædium ostraby in Vidbo paroch. Hult & terram pro redemptione itineris hierosolymitani, quod deo voverat, in Oelandia ab heredibus suis pro XI marcis arg. redimendam contulit. Telam etiam baldachini ad Claustrum ipsum afferri fecit. Sigillo Abbatis Alv. roborata epistola. *Dipl. Sv. I: n.* 786. An. 1285 *Christina Byrgeri ducis Sueorum* filia in testamento in primis *Monachis in Alvastrum*, apud quos ex deliberatione diutina una cum marito Siggone sepulturam elegit, curiam lyvnær assignavit. Sigilla applicavit Regis & Ducis Finl. *Dipl. Sv. I.* 800.

Et pag. 80.

1390 Reg. Margaretha "Dronning i Swerike oc Noryke oc retter arfuinge oc förstinna Rikesens i Danmark" sub alis protectionis cepit donationem Caroli Ulfonis Claustro Alv. datam *Suhm XIV* 259, 555. *Dipl. Langeb.* 1390 obiit Prior Petrus Olavi in Alvastra Translator & conscriptor maxime partis Revelationum divinitus ostensarum B. Birgittæ & comes peregrinationis ejus ad S. Hierosolymam, cujus corpus per Nicolaum Ep. & Tydhemannum Abbatem cum magno honore ad Monasterium suum est translatum, quem confundit Vastovius Vit. Aquil. p. 38 cum Petro Vadstenensi. *Diar Wadst.* anno cit. An. 1391. Dominicanorum Concilium generale Romæ habitum Tidemannum Abbatem Alvastrens. plenipotentiarium suum enuntiavit in pecunia quæ restabat e Danis, Svecis, Norvegis, Pomeranis & Slavis exigenda. *Suhm XIV*: 291 addens *"underligt at Lagerbr. har intet herom."*

De re litteraria.

Scriptor celebris Petrus Olavi Prior.

Vir erat eximii spiritus, multæque in divinis rebus meditationis, qui propter raras ingenii dotes in Priorem promovebatur 1) Ut revelationes Brigittinas conscriberet admonitus, diu dubius; tandem statuit ab illis manum penitus abstinere, sive quod ejusmodi munere peragendo sese minus vel dignum vel aptum arbitraretur, sive quod illusionem diaboli

1) Unus Prior præter Gerhardum notus. Forsan Abbates satisfeceruut & officio Priorum, exordio excepto & tempore, quo ingenio Fratr. Petri Olavi, vivo Tidemanno, honorificum munus erat indulgendum.

subesse formidaret. "Et ecce divinitus inflictus est illi (per manum sine dubio admiratoris Visionum) colaphus tanta vehementia ut instar mortui collaberetur. Nunc scribere incepit, & per triginta annos Brigittam comitatus est Compostellam, Romam, Hierosolymam, pericula, famem, situm, insectationes & contumelias perpessus. Romæ Brigittæ & familiæ illius fuit confessor nationisque (etiam studiosæ?) apud div. Petrum Sueticæ atque Gothicæ poenitentiarius, præsertim an. jubilæo 1350, quo magnus ex iis partibus ad limina Apostolorum peregrinantium numerus confluxerat, exstitit, piis exhortationibus, eleemosynis aliisque charitatis operibus semper intentus; somno sæpe fructus est super humum cubans suoque se pallio cooperiens. In se ipsum asper & severus, alios eximia charitate & benevolentia complectebatur, semper affabilis & spirituali lætitia exsultans in coelis versans, singularis sui contemptor, desiderio & contemplatione totus in Deo defixus. "Incredibilis fuit prædicator." Primo de dogmate trinitatis dubitavit; quam dubitationem postea superavit. Peregrinantem latrones spoliabant; ab omni ira & impatientia alienus illis abeuntibus: "amici, inquit, si placet bibere, habeo non nihil vini in lagenula," quod ad extremum elargitus pro prædonibus magna charitate oravit. Mortuam S. Brigittam una cum b. Catharina Roma in Gothiam transtulit. De morte p. 83.

Scripta Petri Alvastrensis.

Revelationum Brigittæ, quas ipsa tantum commemoraverat, maximam partem, quo opere pauca celebriora invenies. Impress. plurimis in terris & linguis, etiam Asiaticis.

Ordinis Divæ Brigittæ regula, cui milleni ex omnibus gentibus obedierunt.

Cantus ei ordini proprius cum hymnis & antiphonis, interea magna repletus dulcedine spiritus igneque charitatis divinæ 1).

Bibliotheca.

Messen. Scond. Ill. T. IV: p. 45 etiam *Archivum Alvastrense* citat, unde quæ de B. Petro Alvastrensi leguntur acceperat. In dedicatione Regi Gustavo II Adolpho *Sc. Ill. T. XV* . . . "plurima in regno quondam coe-

1) Messen. Sc. Ill. T. IX c. IX. Vastov. Vit. Aqu. Benz. p. 137. Scheff. Su. Litt. III. Revel. lib. IV c. 32, lib. VI c. 71. In prologo lib. extravag. & cap. 5, 6, 45, 46, 48, 71, 109, 113, 114, 115.

nobia, quæ instructissimas possederunt bibliothecas, sicut & Ecclesiæ Cathedr. . . . quarum interitum, qui religionis novatoribus imputatur, magnopere lugent nostro ævo viri doctiores tam Theologi, quam Chronographi. Præsertim porro deplorant librarii vastationem Alvastrensis, Varnhemensis, Stockholmensis & Wisbyensis." Adhuc Upsaliæ adsunt: "Liber S. Mariæ de Alvastro:" Summa Mgr. Joh. Beleth de Ecclesiasticis officiis per anni circulum annuum; Expositiones Evangelicæ (Homiliæ XXXVI); Ficta narratiuncula de Josepho in domo Potipharis, sacerdotis Ægyptii Heliopoli &c. 1)

Divitiæ

magnæ fuerunt. 438 *Landbor* contributiones claustro darent, a singulis 4 fogthe hästar & 2 biskopshästar expetebantur. Equum tamen 3 oris solvere licuit. Extractum ex *Oloff Brors Jordebok* 1541 in Archivo Collegii Camer. apud Bohman reperies.

Ruinæ

ab eodem Bohman describuntur. Optime conservatum est sepulchrum Sverkerianum. 12 uln. longit. $7\frac{3}{4}$ uln. latit. Sermo est de loculo R. Svercheri I antea observato; nunc nihil præter muros reperitur; fructuum enim terrestrium conservatorium factum est. Ecclesia $71\frac{1}{2}$ uln. longit., $26\frac{1}{2}$ latit. 2). Ad latera, ut in Eccl. Cathedr. Ups., capellæ sepulchrales sine dubio fuerunt. In una ejusmodi monumentum detectum est Ulphonis Legiferi. Plura habebis in dissert. Ekermanniana, apud Bohman, Broocman & Widegren (Beskr. om Östergöthl.) &c. Rudera in Erici Dahlbergii *Sv. Ant. & hod*, *Thersners Fordna och närv. Swerige* & apud *Bohman* cernere licet.

64. Askaby.

Claustrum in Ostrgothia Monialium.

Monasteriologi

Vastovius: Ascabii Fratr. Ord. s. Francisci. *Messen.* Coen. Cisterc. Ascherbygense. *Sparrman* n. 53 Ascharbyense Fratr. Ord. S. Franc. *Spegel* nomen tantum refert *Rhyz.* Cl. Monial. Cist. Ord. Wretensis colonia.

---

1) Aurivillius de Bibl. Sv. G. med. ævi p. 26. 2) Bohman. Widegren vero: $79\frac{1}{2}$ long. $12\frac{3}{4}$ lat. 16 uln. altit.

Chronica Claustri

Sæc. XII.

1167 exstructum putatur nutu Regis Sverkeri seu filii ejusCaroli 1). 1181—1185 Lucii III Papæ confirmatio Askabyensibus Monialibus bonorumque quæ apud Norcopenses possidebant. Vide 1374 & 1400 4).

Sæc. XIII.

1275—76. Johannes Sixtani f. VI m. den. Ascaby dedit 2). 1282 Ingeburgis de Glaunas Monialibus in Askeby V m. dedit 3). Eodem tempore Monachus Novevallensis Ingemar ab Ascaby per litteras Abbatis revocabatur 5). 1283 Siggo Guthormsson in Liunom Sen. R. S. Claustro Ascaby marcum arg. dedit 6). 1293 Dom. Magnus Johannis XX marcas dedit 7); 1299 Nicolaus Sigrithassun cum uxore sepultus est in Claustro 8).

Sæc. XIV.

1318 Ericus & Valdemarus Duces in carcere monialibus in Ascaby XX m. denar. contulerunt 9). 1328 Laurentius in Brenninge, consensu Abbadissæ & conv. in Asceby octungum in Appundom vendidit Avaldo Civi Scheningensi 10). 1346 R. Magnus II & R. Blanca Klostrenu i Ascaby XX m. testamento contulerunt 11). 1350 Abbadissa in Askeby fundum Ecclesiæ S. Olavi Norcopiæ datum confirmat 12). 1374 Vidimavit Bullam Lucii Papæ de Ascaby kl. Ericus Caroli (Örnefot) R. S. Miles testans, "at han hadhe hört oc seet Pawans Bullam om Askeby klosters goz oc thera frälse, hvilka som them gaff en Pawe, som heet Lucius; oc thet hawer haldit tw hundrade aar med inrikes Herrom, badhe Konungan oc andhrom inrikes Herrom 13). 1378 R. Albrectus unum ortungum a quovis proprio pane vescente ad Cl. Ask. incendio deletum exædificandum dari jussit 14). 1383 Märita Haraldsdotter Abbadissa concambium fecit cum Drotzeto Bo Jonson 15). 1384 Magistratus Norcop. de jure piscandi Cl. A. testatur 16). 1386 De eodem testificantur Ericus Caroli Miles & Petrus Thomæ Legifer 16).

---

1) Tuneld. VIII Ed. III; p. 175. 2) Dipl. Sv. I: n. 866. 3) L. c. n. 755. 4) v. Celse Bullar. p. 44. 5) Dipl. Sv. I: n. 746. 6) L. c. n. 762. 7) Rhyz. 8) v. Stjernm. Höfd. m. p. 361. Male Rhyz. niclis *Sigtrugsson* scribit, quem sequitur Tuneld VIII ed. III. p. 174. Vide Dela G. Arch. III p. 131—137. Cfr. II p. 109. 9) Dipl. Bibl. Lund. n. 4. Tuneld l. c. male 1316. 10) Link. Bibl. Handl. II: p. 217. 11) Handl. rör. Sk. H. XII: p. 23. 12) Lithzenius de Norkopia p. 62. 13) L. c. p. 59: Tibell om Seraph. Ord. p. 62, v. Celses Bullar. p. 44. 14) v. Dalin S. R. H. II: p. 566. 15) Rhyz. 16) Lithzen. l. c. p. 59.

Sæc. XV.

1400 De jure Patronatus ejusdem cl. ad Eccl. S. Olavi Norc. 1). 1400 Bonifac. IX Abbatissæ & conv. Monasterii in Askaby Cist. Ord. Linc. dioec. confirmavit privilegia & possessiones, quibus etiam annumerantur eccl. & villa parochialis S. Olavi Norc. & Eccl. Svinstada. Bullaria ex vidimato Notarii cujusdam Romani per Ragwaldum Basse Ascabyensem Monachum, procurato 2). 1400 testatus est Hemmingus Officialis Wadsten. quod, ipso Enebyensis Ecclesiæ curam gerente, Ingridis Ingemari filia Abbat. Ascab. Alberto Rege & Nicolao Ep. Linc., epistolam Lucii Papæ transmiserat, bulla plumbea munitum, qua jus Monasterii hujus confirmatur in Ecclesiam S. Olavi Norc. & piscaria Monialibus in hac urbe conceduntur badhe i Konungz lannene, i Wädling warpeno, i laxakareno oc sikia warpeno 3). 1403 Bonifacius IX Papa Archi-Episcopo Ups. Ep. Strengn. & Archidiac. Linc. commendat Abbatisssam cum Conventu Monast. in Askaby Cist. Ord. quod *nonnulli Archi Episcopi* aliique ecclesiarum prælati & clerici & ecclesiasticæ personæ tam religiosæ quam seculares nec non *Duces, Marchiones, Comites, barones, nobilis, milites & laici, communia Civitatum, Universitates oppidorum, castrorum, villarum & aliorum locorum & aliæ singulares personæ civitatum & diocesium & aliarum partium diversarum* occupatores, delatores, præsumtores, molestatores & injuriatores Abbatissæ Sororum essent. 4). 1414 Jus piscandi in Amne motala adjudicavit Claustro Askaby Esbiörn Diäkn Foghot in Ostro-Goth. 5). 1418 "Ad honorem Dei memoriam b. v. Mariæ & usum Sacri Ord. Bernhardini anno Dn. CICCDXVIII exstructa est hæc domus a religiosa domina Anna, prædicante Dno Olavo" 6). 1424 Martinus V Abbati (sic) & Conventui Mon. de Askeby privilegia confirmat 7). 1462 d. 28 Junii. Marinus de Fregeno, Juris Canonici peritus, per regna & principatus Seciæ Norvegiæ, Gothorum atque Lictuaniæ, nec non Leopoliensem dioecesim atque provinciam . . . . indulgentiarum pro defensione fidei catholicæ & aliarum facultatum concessarum a Sanctissimo in Christo patre & Dom. suo Pio Papæ II nuncius & collector specialiter deputatus, notum fecit, quod dilectis sibi in Christo reverendæ dom. Annæ Jacobi Abbatissæ ac ceteris Sororibus Elisabet Göbele, Christine

---

1) Lithz. l. c. p. 69. 2) v. Celse Bullar. p. 156. N. Stobæus de Askabyensi in O. G. coenob. Lundæ 1740. 3) v. Celse Bullar. p. 44. Brocom. Norköp. Hist. p. 17. 4) Dipl. Bibl. Lund. 3 p. 133. v. Celse Bullar. p. 159 Bullam missam esse Archi-Ep. Ups. Episc Str. & Archidiac. *Lund.* perhibet. Error forsan Typographicus. De cognitione Sveciæ cancellariæ Papalis usque in risum movendum testatur. 5) v. Stjernm. Höfd. m. p. 224. 6) Inscriptio in eccl. paroch. olim Claustri quæ adhuc legi potest. *Widegren om Österg.* I: p. 569. 7) v. Celse Bullar. p. 178. Dipl. Bibl. Lund. 3. Registr. (Latine & Suethice in Arch. R.).

Götsavi Christina Nicolai, Johannæ Boeti, Ingeburgi Petri, Christinæ Petri, Ramborgi Toreri, Ciciliæ Johannis, Catharinæ Tidechini, Margarethæ Gregorii, Christinæ Petri, Annæ Olavi, Annæ Laurentii, Margarethæ Svenonis, Margarethæ Olavi, Botillæ Petri, Ingerdi Ragvaldi, Annæ Jacobi & Birgittæ Andreæ Monialibus S. Bernhardi & conventus Askaby Lincopensis dioecesis, prout in conscientia asseruerunt, juxta dictarum indulgentiarum tenorem prædicto operi orthodoxæ fidei defensionis pium contulerint suffragium, & in loco a Nuncio ordinato reposuerunt illud, ea propter quicumque Sacerdos vel secularis vel regularis alias discretus, quem in Confessorem elegerint, ab omnibus sententiis excommunicationis, suspensionis & interdicti nec non censuris & poenis ecclesiasticis a jure vel ab homine promulgatis, si quas forsan incurrissent, authoritate apostolica absolvere ac super quacumque irregularitate nisi ex homicidio vel bigamia fuerint contracta eadem autoritate cum ipsis dispensare ac eas ad singulos ecclesiasticos actus rehabilitare, nec non omnium peccatorum excessuum, criminum & delictorum, quantumcumque gravium, etiam in casibus Sanctissimo Dom. Papæ & sedi Apostolicæ specialiter vel generaliter reservatis, de quibus ore confessæ & corde contritæ fuerint, semel in vita & semel in mortis articulo, plenariam remissionem & indulgentiam ipsis præfata auctoritate apostolica concedere, votaque quæcumque Hierosolymitano castitatis & religionis votis duntaxat exceptis in alia pietatis opera prout saluti animarum expedire viderit, commutare libere & licite valeat, authoritate Ap. queat & possit, tenore præsentium indulgebat prout in litteris Apostolicis apud Nuncium repositis illi concessum erat. Dat. in Askeby. Henricus de Saxonia notarius scripsit. 1462 d. 29 Junii. Idem Nuncius specialem indulgentiam Abbatissæ in Askaby Annæ Jacobi concessit, merito contributionis ad expeditionem contra perfidissimos Turcos, quod posset sibi eligere Confessorem idoneum, qui semel in vita & semel in mortis articulo sub forma quæ sequitur plenariæ eam absolvat: Dominus noster Jesus Christus meriti suæ sanctissimæ passionis dignetur te absolvere. Et ego ejusdem Dom. n. J. Ch. & b. Ap. Petri & Pauli & Sedis Apostol. authoritate mihi in hac parte commissa absolvo te ab omni sententia excomunicationis, suspensionis & interdicti ac poenis & censuris Ecclesiasticis a jure vel ab homine promulgatis. Insuper absolvo te ab omni irregularitate, si quas contraxisti, nisi tamen ex bigamia & homicidio contracta sit, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ unitatique fidelium & ad singulos Ecclesiasticos actus te rehabilito, nec non absolute ab omnibus peccatis, criminibus & excessibus tuis, quantumcumque gravibus, contritis tamen confessis & oblitis etiam in casibus sedi Apostolicæ specialiter vel generaliter reservatis & remitto omnes poenas pro eis in præsenti seculo

& in purgatorio tibi debitas ac illam plenariam remissionem hac vice tibi impertior, quam ad recuperationem terræ Sanctæ seu Romam tempore Jubilæi euntibus Ecclesia concedere solet. In nomine patris & filii & Spiritus S. Amen. In cujus rei testimonium sigillum apposuit. Dat. in Askeby 1). 1471. Arvid Trolle i Berquarum Legifer Ostrogothiæ de molendino, a *Silfwast Bergsfougde pa Atvideberg* Claustro An. dato sententiam tulit 2). 1478 Vig. S. Trinit. Peder Frendeson a Vapn litem diremit de terminis inter *Lunds aghom, Askeby Closter & Hedesiö*, de quibus tam vehemens decertatum erat, ut "the kunne icke medh mindre skiljas uthen Jagh nämpde ther till effter laghen först grannasyn, heradzsyn och framdeles en rätt landzsyn ij ärlige mäns närvaru, her ijfuer Greens, Riddare, Jöns i leffstado" (Lillie) &c. 3). 1489 Nuncius Antonius Mast adscripsit Abbatissæ Askab. rogans ut Consuli & Senatui Norc. consentiens Öjarum pastorem Eccl. S. Olavi Norc. vocaret 4).

Sæc. XVI.

1516. Abbadiss. Botild Pedersdotter accepit ab Episc. Lincop. Joh. Brask prædium, memoria ut Episcopi sacre coleretur 5). 1518 Legatus Ang. Arcimboldus indulgentias cl. An. concedit 4). 1521 Gustaf Herre til Ridboholm och vtwald Höfwesman i Sverie sub tutelam suam Claustrum ibi præsens suscepit 6). 1527 Regno Cl. recedit. 1529 Abbadissæ subjectum jam erat Wretensi; ibi enim Syrid Botholfsdotter, ex ambobus claustris Regi quotannis daret 300 marc. ortug. 7). 1537. Combustum est, prædia nobilibus donari coeperunt, Amplissimus ejus hortus agriculturæ Pastoris ecclesiæ brevi inserviit. 1576 Rex Joh. III. Claustri Restaurationem frustra commendat Johanni Bielke, Gubernatori Ostro-Gothiæ. Rudera adhuc conspicua 8).

Litteratura.

In collect. M:scr. Arna Magn. Havniæ n. 191 fol. legitur:

---

1) *Dipl. Lagerbr. T. II ex Bullar. Örnh. T. II exscripsit Giörvell* Cfr. *v. Celse, Bullar. p.* 199. 2) v. Stjernm. Höfd. m. p. 270. 3) Dela G. Arch. II: p. 127. 4) Dipl. Bibl. Lund. n. 3. 5) Rhyz. quem tam male legit Geogr. Tuneldianæ Ed. VIII, ut ad an. 1418 illam Abb. referat. III: p. 174. 6) Rhyz. Tuneld VIII Ed. anno id adscribit 1522 die S. Hippoliti. 7) Rhyz. & Tuneld. Forsan fons est annot. in *v. Troils Handl. IV: p.* 349. Thenne Contract är gjord med Clostren . l. . . It. Skall Abbatissan uti Wreta giffua wor N. H. utaff Wreta och Askaby Closters renta IIIIC mark penningar, utgiffuandes om pedersmessan. (1530). 8) Rhyz. & Tuneld.

Anno Dni MCDXCIJ feria . . . & est liber Dni Johannis gerardi capellani monasterii Askaby. habentur in isto libro : poëma de ludo Scackariorum, Liber Blanzaflor, de septem sapientibus, de Carolo Magno, de Alexandro (prosaice), Speculam historiale Vincentii, Cronica Antonini Archi-Ep. Florentini, de uno peccatore (Wratislao) qui promeruit gratiam, Chron. Rhythm. & Pros. min. Chronica Margarethæ Abb. &c. seu decem, *Svethico sermone* scriptæ, opellæ in uno *Codice chart.* e Sæc. XV; Antea *Eliæ Brenneri* 1).

Appendix.

In *Disset. de Coenob Askabyano N. Stobæi* Lundæ 1740, quædam diplomata enumerantur: 1287 Dna Botildis de Wimarkom parociæ Wardberg V m. denar. S. Mon. in Askaby legat. 1312 Helena Ormsdotter Vidua Johannis Ingason VI m. denar, 1337 Lybikinus Laurentii civis Linc. ½ m. 1369 Ramburg conjux Dni Haquini Algutsson X m. den. Monialibus Botildæ & Catharinæ. 1394 Haquinus Faddersson tertiam partem ottungi in Skyrtinge dedit. *Klosterets jordebok,* "78 hela hemman" in Ostrogothia tantum refert L. c. p. 14—16. Hic exscripta est Epistola Episcopo Johanni Brask an. 1516 data: Jak *Bothild. Pædersdotter Abbetissa* oc alt mitt ålskelige convent bepligta oss - - hålla årligen ett begängelse til evig tid messa och vigiles föer wördigom Fader i Gudh Bisk. Hans i Linkoeping och hans framfarna vener - - - Ex *dono* prædii, Mensæ Episcopali subjecti, pro quo Vigilias peteret sagacissimus Ep. nonne illum catholicæ fidei *ex animo* addictum fuisse colligere liceat?

65. (†) Byarum s. Börrum.

Claustrum in Ostrogothia Sororum.

Monasteriologi.

Messen. Scond. Ill. T. II. p. 31. "A. 1236 Desolatum Ostrogothiæ Monasterium Byarmense & conventus Virginum translatum est ad Schogense Uplandorum. Cfr. *T. XV. p.* 35 *Rhyz.* "Uti Östergöthland och Hammarkind - - - Nu för tiden Börrom. Quibus nuperrime concinunt Editt. *Handl. rör. Skand. hist. IV* p. 8. "Byarums kloster (de quo Litt. R. Erici 1210—16) i Östergötl. o. Hammark- Härad."

---

1) Vide Skandin. Mus. I. B. 1797 p. 257—281. Cfr. Sv. Sköna Litt. I: 59, 60. Ankarströms Enncyclopedi. Företalet.

Ex diplomatibus, unde nomen haustum, apertum est, claustrum situm fuisse in Smolandia, licet Ostrogothicæ dioecesi adnumeratum sit, quare *Börrums kloster* omnino in Monasteriologia delendum. Rudera, de quibus in *Geogr. Tuneld. VIII Ed.* III. p. 129. mentio fit, nullius sunt momenti. Sic:

65. Byarum.

Claustrum in Smolandia Soror.

Chronica.

1210—16 *Ericus* D. G. Sveorum Rex Universis S. Matris Ecclesiæ filiis notum fecit, quod possessiones *pauperum Christi Sanctimonialium scil. de Byarum*, hos habebunt terminos - - - Possident enim totum *Clewahult* & *Byahult* ex toto. *Dipl. Sv. I.* 829. 1216—22 *Johannes* S. R. quæ D. Ericus S. R. sigilli sui robore præmunivit, hæc simili conditione confirmavit. Tum Sanctimonialibus adscribitur tertia pars silvæ quæ *Stigamotzhult* dicitur *Dipl. Sv.* I. n. 831. Quas duas epistolas Dom. Priorissa de Sco præsentavit R, Waldemaro & Brigero Duci Sueciæ *Dipl. Sv. I.* 492 1221—31. *Benedictus* Dei gr. Ep. Lincop. W. proloqutori & ceteris Sutherbo inhabitantibus de piscationibus, quas in Skædhin Novevalli, gudhem & *Byarum* Claustris Colo Ep. Linc. contulit, protegendis adscripsit. *Dipl. Sv. I.* 833. 1222—50. *Ericus S.* R. W. proloqutori W. ceterisque Sutherbo inhabitantibus de piscationibus, quas iisdem Claustris R. Canutus adjudicavit, cum Matheus quidam pro forefactis suis satisfaceret, protegendis adscripsit. *Dipl. Sv. I:* 834. Bona *Byar.* postea *Nydalensi* Cl. data. Cfr. l. c. 829 & 534.

Hic omnia de *Byarum Junecopiæ vicino*, cujus Ecclesia a. 1827 *Eugenia Desideria* appellata est, admonent. Loca, quæ in litteris commemorantur, huic Ecclesiæ sunt vicina. De desolatione vide locum Messenianum nuper allatum, et *Skogkloster*. De initiis conjecturam Rhyzelianam, Ostrogothiam omnino respicientem, relinquamus. *Tuneld* VIII ed. III. p. 1015. ad Smolandiam bene refert, sed de *situ* Cl. Smolandici pulchro mire citat judicium Rhyzelii de Börrom Ostrogothiæ.

65, a (?) Enköping (Vide n. 25.)

(Oppidum Uplandicum.)

Claustrum Fratr.

Monasteriologi.

Hermanss. & *Staaf.* l. c. p. 20. "*Cisterc.* Enecopense Troggo dictum vid.

"Peringsk. M. Ull. p. 134, 135, 223 & H. Spegel H. E. 92." *Peringsk* l. c. IX Archi-Ep. Laurentius I, de quo:" En Munk af Bernhardiner lefnad eller thet så kallade mindre brödraskapet från Enköping" l. c. then Ottonde Archieb. war Laurentius, hvilken förr hade varit af thet slag munkar som kallades Bernhardiner eller Minores." *Messenius* vero Scond. Ill. T. II. p. 41 ex Conventu Enecopiæ *Franciscano* Laurentium desumtum dicit, cui adsentit *Rhyzelius*, citans tamen literam, quam an. 1483 edidit *Broder Staffan med Gudz försyn Abbot i Tröggö kloster.*

Hic nobis iterum difficultates præbet diploma illud, quod commemoratum est p. 30, sine dubio idem, quod citat Rhyz. Extra omnem dubitationis aleam diploma in *Arch. Dela G. II* p. 110—112 *Claustrum Enecopiæ Franciscanum* ceteraque diplomata sistunt. Id jam an. 1318 adfuisse Testamentum Ducum Er. & Wald. probat. Eodem anno, quo Honorius III. Ordinis S. Francisci regulam confirmarat (1223), primum Claustrum ejusdum Ord. in Dania fundatum est. *Daug.* p. 20 Sic Messenio consentimus de Ordine Laurentii Archi Ep. Stephanus *Abbas* 1) tamen restat. E diplomate sine dubio erui potest, an "Administrator" fuerit Domûs S. Sp. Enecopiæ. Alias forsan Claustrum heic admittendum Cisterc.

Fogdö Vide *Vårfruberga*

66. (?) G e f l e.

(Gevalia, urbs in Gestricia).

Claustrum Fratr.

Monasteriologi.

Vastov. Gevaliæ Fratr. quem citant Sparrman & Spegel *Rhyz.* nixus Erico Alrot de Gestricia, Ups. 1721, idem admittit.

Locus *Erici Alrot* p. 27: "Nec omittendum, quod Monasterium Fratr. Bernhard. cujus memoria ita exolevit, ut ne locus quidem ubi steterit demonstrari possit, quondam Gevaliæ fuerit," Citat Vastovium, & qui illum citarunt, Spegel & Wexion. descr. Suec. L. 10 c. 3. In *Hülphers Beskrifn. öfver Norrland* I. p. 73: "Utom Gefles westra Tullport på preståkern *skall* fordom stått ett Bernh. Munkekl. enligt Rhyz.".

Sic verbo Vastovii omnia hærent, quo fundo nihil fere incertius.

---

1) Observandum 1487 broder Helge *Staffan med Guds försyn Abbote* i Guds helge Closter i Dalum innotuisse. Vide *Gudsberga.*

67. Gladsax.

Claustr. in Scania Soror.

Monasteriologi.

Messen. Coenob. Bened. Cisterciensiumque in Dania n. 24 Gladsaxense a. 1398. *Rhyz.* "Gladsaxa kl. åt Nunnor af S. Bengt eller ock Cisterc. Orden." *Daugaard*, ubi de *Gavnöe* quæritur, id observat.

Inter Claustra incerti Ordinis jure adferretur. Cui omissionis peccato indulgeatur. Tacent enim de Ordine diplomata. Brevi in Scania floruit, nam post biennium Moniales translatæ sunt ad Claustrum *Gabnö* (Gabnogense Messenii). *Testamentum Fundatricis Idæ de Gladsax* 1) an. 1398 vide *Dipl. Capit. Lund. T. II.* n. 365, ubi prædia, quibus sustentaretur Claustrum, "de novo Dei gracia in Gladsaxe *fundandum*," enumerantur. An. 1400 Gladsax, permutatione facta, Reginæ Margaretæ cessit. Litteras Papæ de transferrendis Monialibus vide v. *Celse Bullar.* p. 155, 156, 158. Cfr. etiam *Suhm XIV*: 460 & *Lagerbr.* III: 845. S. R. D. III p. 267 & quæ Daugaard p. 280 sequ. adtulit.

Grandium Vide *Ås.*

68. Gudhem.

Claustrum in Westro-Gothia Soror.

Monasteriologi

Omnes ad unum id proposuerunt.

Initia.

De Coenobio Bened. heic supposito vide p. 62. De Cisterciensis initiis vide *Messen. Scond. Ill. T. II*: *p.* 6 & 10. "An. 1161 R. Carolus Gudhemense ampliori consummavit ædificiis coenobium. Circiter 1172 Canutus structuram coenobii Gudh. sedulo maturat." De templo 100 Deorum heic antiquo exstructo &c. Vide *Monast. Gudhem. Hist. Alg. Scarin præs. Ol. Celsio Ups.* 1716 *Rhyz.* &c.

---

1) Minus bene cum de *fundando* Claustro agitur relicta dicitur *Johannis Snakenberg.* (Rhyz. Daug.) In testamento enim: *Ego Yda Pæthersdotter relicta Thorkilli Nielssons* . . . (Brade) scripsit. Se ipsum quisquis nominet.

Chronica Claustri.

Sæc. XII.

1168—77 Alexander III Papa dilectis in Chr. filiabus *Monialibus in Gudhem* confirmavit quidquid ex dono R. Canuti vel fratris ejus seu *aliorum prædecessorum* rationabiliter possidebant 1).

Sæc. XIII.

1216—22 *Johannes R. S.* possessiones suas in Gudhem in salutem animæ & corporis & remissionem peccatorum parentum S. Monialibus ejusd. loci contulit 2) 1221—31 Benedictus Ep. Linc. proloqutori & ceteris Sutherbo inhabitantibus de piscationibus, quas in Skedhin *Gudhem* aliisque Claustris Episc. Colo contulit, non molestandis adscripsit 3). 1222—50. *R. Ericus* eisdem idem jussit 4). 1225. Gustavus legifer & prolocutor de provincia Kakynd in provinciali placito etiamque in scarensi coram omnibus vesgotis enuntiavit, quod Sorores de G. latitudine prædiorum amplificata Spanahult fruerentur 5). 1231—40. Folke Wesgotorum legifer confirmavit antecessoris judicium 6). 1241 Magnus Johannis fil. prædium sororibus de G. dedit 7). 1246 *Ericus R. S.* S. Monialibus de G. Spanahult inter teminos certos contulit 8). 1250 *Katerina Regina* Swechorum dulcissimi d:ni sui Regis solatio inconsolabiliter destituta, attendens unum esse necessarium cum Maria, Martamque sollicitudinibus variis perturbari, ex consilio Nob. Dni Byrgeri ducis & Vener. Dni Laurentii Scar. Ep. & dilecti patrui Regis Dni Hulmgeri &c. bona plurima in Svecia & Dacia in ædificationem claustri, ad quod se contulit, dedit 9). Cfr *Act. Litt. Suec* 1735 *p.* 43—45. *Lagerbr. S. R. H: p.* 376, *III: p.* 662. *Append. O. Rabenii dissert. de antiquis Westro-G. Legiferis n. II: p.* 111. 1250—51. Holmgerus D. Folconis quondam Ducis filius assentitur testamento Reginæ, fratris sui p. mem. Dni Sunonis filiæ, votum petente Sorore sua *Dna Katarina (Sunonis filia) Priorissa de Gudhem* 10). 1251 *Waldemarus R. S.* consensit eidem testamento Reginæ K. religionis habitum in G suscipere decernentis 11). *v. Stjernm. Höfd. m. p.* 262. 1250—76. Confirmavit Rex W. donationem R. Erici an. 1241 12). 1253 Permutatio prædiorum inter cl. & Birgerum Ducem Sueciæ facta 13). *Rabenii dissert. l. c.* 1254. Filii Luciæ jus prædiorum quoddam cl. adsignant 14). 1259 Ragvaldus Scar. Ep. de dono quodam testimonium edidit 15). 1260 Prædium in Moraby delegatur 16). 1266. *R. Waldemarus* protectionis literam

---

1) Dipl. Sv. I: 72. 2) L. c. 161. 3) 833. 4) 834. 5) 836. 6) 840. 7) 303. 8) 339. 9) 377. 10) 386. 11) 387. 12) 848. 13) 405. 14) 415. 15) 455. 16) Dipl. Sv. I: 468.

dedit 1). 1267 Idem Rex petente *Priorissa Dna Katerina*, possesiones Claustro quamdiu ipsa vixerit, ab omni jure regio præter procurationem ipsius Regis, liberas enuntiavit 2). 1271. Idem Rex se Conventus in caussis omnibus responsalem & proloqutorem personaliter constituens, *Abbatissam K.* totumque conventum sub protectione cepit 3). 1274. Gregor. X papa Abbatissam & conv. de Gudem Cist. Ord. Scar. dioc. sub b. Petri & sua protectione cepit 4). 1276 *Wald. Rex* Moniales sub clypei regii tutelam constituens protegendas possessiones, *Eccl. b. Mariæ Gudhem* ab omni jure regali exemit 5). 1276 Ketil m. g. n. biscopir i Abo prædium in honorem V. Mariæ dedit propter: hemulhetz ok ælskelikheetz som wi haffwum hafft ok en gudhe unnande haffwa wilium med *reenliwis christi tiænistw qvinnum nunnonum i gudheem*" 6). 1277 *Magnus R.* Abbatissæ de G. administrationem vectigalium in parochia de Grydbek dimisit 7). 1278 Confirmavit idem Rex donationem Regis Erici an. 1241 8). 1282 *Magnus R.* Sv. Sanctimonialibus partem piscariæ Salmonum in amne Wllærorh concedens, pecuniam pro piscariis *ad Castrum Wmpsæborgh* supplevit 9). 1284 Petrus Sacerdos de Angynthorp mansionem pro sepulchri loco dedit 10). 1284 Margaretha relicta Dni Amberni prædia priorissæ vendidit 11). 1287 *R. Magni* de terminis claustri sententia s. *Synedom*, dat. Konungsberg, vide *Skara Stifts Tidn.* 1793, n. 24. Cfr. n. 29 *Append.* 1292 *Catharina Matthes dotter Abbatissa* Claustro dedit Stolaryd & Hand. 1). 1294 *Gyrid Pedersdotter Abbatissa* fuit 1).

Sæc. XIV.

1307. pro conventu Gudhem litteras dederunt Duces Ericus & Waldemarus. *Dalin S. R. H. II.* 358. 1308 *Abbatissa & Conventus ad Arcem Aranäs migrarunt* 1). Vide *Aranäs.* 1311—23 *Ingeborg Mattesdotter Oxenstjerna Abbatissæ* munere fungebatur 1). 1313 Ormerus Gyridason testificatus est de piscaria in Wisch, XVI partem de Konungxfors usque ad mare Claustri G. esse in possessione, quare, ut ab atavis audivisset, Rex Ericus Sueciæ opus piscariæ a Monachis de Claustro Aas ibid. fundatum eradicari, dissolvi & destrui jussit, quodque idem Birgerus Dux, Ormero præsente, fecerat 2). *Örnh. Dip. T. I.* p. 688. *Bexell Hallands Beskr. III* p 248. Observetur Monachos de Aas Daniæ Regi tum fuisse subditos. 1318 Duces Waldemarus & Ericus in testam. XX marcas denar. Monialibus in G. assignarunt. 1320 Träwattna, 1321 Aketorp a Nicolao Tuve ejusque fratre dabantur 1). 1320 Ingeburgis Dei gr. Ducissa Suecorum relicta ducis

1) 524. 2) 525. 3) 548. 4) 575. 5) 617. 6) 627. 7) 631. 8) 640. 9) 744. 10) 793. 11) 794. 1) Rhyz. 2) Dipl. Lagerbr. T. I. 3) T. II.

Erici tres colonias quondam mariti Claustro dedit, intuitu & respectu servitii domicellæ Ingeburgis ibid. Conventualis filiæ Thorstani de Fallandæfors. 2) *Örnh. Dipl. T. IV.* 619. 1334 *Rex Magnus* Claustro de Gudhem curiam Rackaby reliquit, *quem in locum Claustrum transferrent*, idcirco missas haberent pro defunctis & vigilias in animarum remedium parentum ducum & aliorum progenitorum & Sororis Domicellæ Eufemiæ 2). Vide *Rackaby.* 1334 Rex idem Algoto Benedicti mandat, ut conventum in Rackeby transferat. *Rhyz.* 1342 Licentia Gudhemensibus conceditur ad Rackabygium demigrandi: *Messen. Sc. Ill. T. XV.* 57. 1351 de Tranberg, Monialibus dato vide *Lgbr. S. R. H. III.* p. 662, qui Moniales tunc in Aranäs adhuc habitantes putat. 1360. Episc. Nicolaus *parochias Gudhem, Uglehem & Tunhem Claustro* ejusque Sacerdoti subjecit. 1368 *R. Albertus* protectionis literas dedit 1). 1379 *Catharina Erici filia Abbat.* 1). 1386 Urbanus VI Episcopo Lincopensi mandat, ut prædia abrepta Claustro recuperaret. *Exscr. R. A. Sw. v. Celse Bullar.* 146, 147. 1387 Nicolaus Ep. ad P. Lykke Archiad. Roskild. eandem rem tradidit: "Tanta enim nunc erat rerum inconstantia, ut nemo obediret, nulla in viis securitas, quare quos vocarat, advenire nequirent" Rogat igitur Petrum Lykke ut ad se convocet Eskillum Falk aliosque, quos Abbatissa Gudhemensis accusaverat propter prædia, quæ R. Catharina Claustro dederat, qæuque Eskillus ceperat. Etiam quæ alia in Sialland & Moen Claustrum Gudhemense possedit revocare oportet *Dipl. Langeb.* Cfr. *Suhm XIV* p. 1, *Lgbr. S. R. H. III:* 662, 701, 703. 1391: Ingeborg Amundi filia Cl. donat 1). 1392 In Wordingb. confessa est *R. Margaretha,* "den danske K. Waldemars dotter og Dronning af de tre Riger," quod omnia prædia in dioc. Scarens., antea in possessione Dni Heynonis Snackenbork, daret Cl. Gudhemensi, ita tamen, ut in Oratorio Altare construeretur, ubi missis habendis (prima: *Rorate coeli!*) & candelis cereis Regum Haquini, Magni & Propinquorum *Aarstid* quot annis celebraretur. *Suhm XIV* p. 295. 1593 Vordinb. "medens Dannehof der holdtes, "dedit eadem R. *Margaretha*" Waldemar Danakonnings dotter eidem Claustro prædium Vædersholm &c. eisdem sub conditionibus licet copiosius expressis. In festo vero *Wore Herra Konung och wore förældres och war aartidh in til domen . . ta skal for:de klostirs Abbadissa och forstonder plæge Fruerne thet samme closters thes tho bathe wæl til maat oc ööl oc then samme dach scule Fruerne siunga - - Ave Regina coelorum & synderlika i koret i then samma kirkæ*; *Dipl. Lagerb. T. I. (sub anno* 1293), *Örnh. Dipl. T. IV. Suhm XIV,* 511. 1397 *Eadem Regina* til thet fruera kloster i Wæstergylland alt Högerum, Fodewads quern ock Osquern, thæn garth oc stadh Wædersholm oc Aspenäs oc Sæby &c. &c. dedit. Ex *Dipl. Örnh. T. IV. exscr. Suhm XIV p.* 627.

Sæc. XV.

1399—1403—1418 *Abbatissa fuit Catharina Håkonadotter*, cui suberant *Priorissa Christina* 1). 1403 Abbatissa propter crebram petitionem Reginæ *Rackaby prædium Claustri* Dno Erico Erlandi & uxori Ingridi, quamdiu viverent donavit, ita tamen, ut 8 per annos 2 Tynones, postea 3 Th. butyri quotannis Claustro redderent 1). 1409 Ingeborg Pedersdotter Bolletorp claustro contulit. 1418 confirmans donum 1). 1417. Ex Mandato Martini V Jordanus Albanensis Ep. Claustro de Gudhem electionem duorum sacerdotum, quacumque ex diocesi, propter penuriam ecclesiastarum, ecclesiis claustri qui præessent, concessit. Ab Ordinario Claustri approbarentur. *Dipl. Bibl. Lund. n.* 3. *v. Celse Bular.* 169. 1425—30. *Ingrid Philpussadotter.* 1433—42 *Margaretha* in *Abbatissæ* munere obviæ 1). 1433 Eugenius IV Episcopo Wex. mandat ut inquirat & definiat de bonis quibusdam Gudh. Monast. in quibus Mathias Dec. Streng. *cujus personam & potentiam Abbatissa & Conventus perhorrescunt*, monasterio injurius fuit. *v. Celse Bullar. p.* 181. 1451—61. *Christina Benedicti filia Abbat.* 1). 1452 Nicolus Laurentii in Rackeby Hunsala ejusd. par. Claustro dedit. 1). 1460 *Abbatissa Christina* vidimavit R. Margarethæ litteram donat. an. 1392. 1487 *Ingeborg Jönisdotter Abbat.* fuit, quum Sigge Larsson Sparre permutationem quondam claustri & Dnæ Catharinæ Canuti f. testatus est 1). 1490—97 *Catharina Andreæ filia Abbatissa*, an. 1494 mansionem Asak Domui Sp. S. Scarens. dedit 1).

Sæc. XVI.

1500. *Catharina Hansadotter Abbatissa*, 1513 *Ingerid Jönsdotter Abbatissa*, cui suberat *Priorissa Anna Gustafsdotter*, præfectus vero Claustri tunc *Abbas Sveno Caroli in Warnhem* 1). 1527. Sublatum est Cl.; remanerent Moniales, attamen 72 L℔ Smör publico quotannis darent. 1528 mancipio datum est Equiti Nicolao Olai (Forsan is Senator N. O. de Skofteby, qui capitis an. 1529 damnatus?) 1). 1529. Quum igne consumtum est, moniales ad villicos necesse confugerent, tamen sustentatæ a Nob. Olao Petri (Numne is Senator n. 41 apud Uggla?), qui Claustrum conduxerat 1). 1530 In conventione de Claustris: Skall Abbatissan i G. giffua vor N. H. årligha utaff Clostersens renta 1 lest szmör, utgiffvandes om Laurentii i Lödese. *v. Troils Handl. IV:* 350. 1540 Petro Bragde Senatori donatum est. R. Johannes III Gubernatori Westro-Gothiæ Seved Ribbing restaurationem frustra mandat. De Gudhem Cruusiis donato vide *Dela-G. Arch. III; p.* 245; 253.

1) Rhyz.

Claustro Gudhemensi subnectenda:

Aranäs.

Claustrum, deserto Gudhemensi, in Westro-Gothia Sororum.

In Litt. R. Magni II, dat. Wadh. 1351 primo vigil. Andr. Ap. Mandentur inhabitatores in Tranuberg, quod reditus annuos reddant *officiali Dominarum Monasterii Aranäs.* Lagerb. *S. R. H. III*: *p.* 613, 615, 662.

Rhyzelius perhibet, Moniales Gudhemenses an. 1308 ad Aranäs arcem regiam transmigrasse, postea vero, ut apud Messenium legerat, Gudhemum iterum habitantes an. 1342 veniam accepisse ad *Rackeby* lares deponendi. Quando inde repetierint Gudhemum se confitetur inscium. E litteris nuper allatis Regiis patet, Aranäs adhuc an. 1351 Claustrum fuisse. Forsan Monialibus plene abeundum fuit, cum an. 1366 d. 9 Oct. R. Albertus Gerhardo Snackenberg donaret Aranäs "illi hæridibusque," qui tamen R. Magno fidem tenuit. Vide *Dalin S. R. H. II*: 545. Forsan injustam Senator ille habuit donationem ideoque non accipit. An. 1371 tamen emigrasse Sorores, certum est. In *Archivo Dela Gard. T. II*: *p.* 14—16 adeas litteras Regis Magni consensu Regis Haquini post jus regium depositum datas, in quibus recognoscit, se Venerab. Patri Dno Nicolao Episcopo Scarensi æt ipsi Scharensi Ecclesiæ mille marcas denariorum teneri, quas idem Dnus Episcopus ante captivitatem mutuas concessit, pro quibus Episcopo & Ecclesiæ sua patrimonialia 1) Ahranes cum omnibus eorum adjacentiis per scotationem legitimam assignavit mensæ & ordinationi Episcopi & successorum, dat. Ludosiæ An. Dn. 1371 die S. Cosm. & Damian. Mart.

Rackaby.

Claustrum, deserto Gudhemensi, in Westro-Gothia Sororum.

In testamento Regis Magni II & Reginæ Blancæ dat. Lödöse d. 1 *Maji* 1346 legitur: "Siþan giwum wi *Klostrenu i Rackaby* þet hæraþet, som þe hawa til lons aff oss, twem aarum længer æn waar breff sighiæ." *Handl. i Skand. Hist. XII*: *p.* 22.

De quo vide supra *Gudhem*, (1334, 1342) Cfr. *Lagerbr. S. R. H. III*: 285, 346. *Dalin S. R. H. II*: 526. *v. Stiernm. Höfd. m.* 328.

---

1) Sic non *possessor* Thorkel Knutsson, Regni Maresch., ut adfert *Lindskog: Skara Stifts Hist. II*: *p.* 88.

69. Gudsberga s. Husaby i Dålom.

Claustrum in Dalecarlia Fratr.

Monasteriologi.

Vastovius: Husaby Fratr. Ord. Cist. cui consentiunt *Messen. Sparrm. Hermanuss.* & *Rhyz.*

Initia.

1486 Strenuus Eques Ingo Johannis (Ulf, Sublegifer Westm. & Dalec.) conjuxque Brigitta coenobium Ord. Cist. Husbyanum in fundo Ridderhytta ad honorem S. Iliani 1) construxerunt, quod ex voluntate Abbatis Alvastr. *Montem Domini* appellarunt. *Mess. S.* Ill. *T. IV p.* 44. Cfr. *v. Stjernm. Höfd. m. p.* 214, *v. Dalin S. R. H. II:* 811. *Grau Beskr. om Westml. p.* 22. *Tuneld VIII ed. II: p.* 544.

Chronica.

1487 Diploma editum: *Wij broder Helge Staffan med Guds försyn Abbote i Guds helga Clöster i Dalum i Huseby S.* liggiandes och allt convent thershelsom eder vår älskelige Wälborne Brigitta Eriksdotter med sex hennes barn kärligen med Gudi och S. Barnhardo - - att vi gifvum edher andeligit Broderskap med oss . . . *Præfectura Næsgard. Diss. P. Uggla p.* 99. 1493 Novum Claustr. Gudzberg in Dala & Husby Sochn prædia accepit Forssa &c. donatione Dnæ Catharinæ Suenonis de Surdatomptom, Canuti Stenonis (Bielke) Equitis relictæ, sub sigillis Archi Ep. Jacobi & Gubern. R. Stenonis; *Dipl. Lgbr.* T. II. Errat ("Felar för den skull," ut ipse de Peringsk. judicat) *v. Stjernm. Höfd. M. p.* 79, afferens quod "Karin Sonedotter gaf til klostret G. i D. och Säby Sokn. . . S. Barardo till loff Forssa &c. 1500 Diploma, a Senatore C. G. Tessin communicatum, adfert *Bælter in Kyrko Cerem.* p. 318: Wij *brodhr. . mz gwdz tilstädielse Abbothe i gwdzbergis Closter j Huseby sokn j dalar samti (Sic) Bernardi Ordhen* . . . saa ath j skolen vara lottagandis i . . . messon swngnom oc lasnom j ottesongh aptansaangh prim tars. sext. noon. nattsang. Oc allom goodom gwdz tidagardoz oc god-gärningom . . . 1504 Ex orig. *O. Celsius in Act. Litt. & Scient.* 1734 edidit aliam litteram Confraternitatis: *Jak Joogan Jönsson P. sth och förstondhere i Gwtzbergz Closther och Conwentet* thers. helsom idher woro elskelica wennir Laurenss (cum uxore) kerligha med Gwdhi oc S. Ber-

1) In Lege Dalecarl. Byggn. Balk. 9 Fl. *Ulians mässa* memoratur.

nardo . . . 1504 Dna Elisab. Jönsdotter prædia in Henemora Claustro dedit. *Rhyz.* 1508. Johan Johnsson (Svart) i Gladöö wepnare, consensu uxoris Annæ Olavi, Dormsö &c. dedit ita tamen ut haberentur "några evige messer, gudstienst och . . . en læsin messa af min helga Patrona S. Katerina, en af den wærduga moder och Sweriges Patrona S. Brigitta." . . . *Uggla l. c.* 103. Cfr. *v. Stiernm. Höfd. m.* 18. 1528 Adjudicabatur claustro donatio quædam præsente Arvido Wästgöthe. *Rhyz.* 1522 *Gustavus Hinrici Abbot och Föreståndare* 1) ibi salutatus est, qui sponte a R. Gustavo 1530 dimittebatur, cujus partibus jussu regis fungi mox coepit *Frater Matthias.* 1538 Nicolao Laurentii Claustrum cum villicis donatum est. *Rhyz.*

Viri celebriores.

Stephanus Monachus in hoc Monasterio non obscuris sanctimoniæ notis, teste Messenio, & prophetiæ donis;

"Præcipue argenti prædixerat ille, fodina
Quod quandoque ferax invenienda foret,"

Quem Carmen commemorat populi, in quo notissimum:

Hjelp Gud och S. Staffan
Solen lyser intet än
Men stjernorna de blänka på himmelen.

Vide *Mess. Sc. Ill. IX: p.* 47. *Sv. Folkv. III: p.* 210.

Olaus Andreæ Episc. Arosiens. 1487—1500 munere Episcopali amisso vitam in claustro Gudsberga degit.

Rudera

Metitus est Uggla. Longit. LXXII ulnas Sueth. & XXX latit. Sacrarii longit. XVI uln. Sueth.

In Carmine Rhythm. Dal. in monum. El. Palmsk. offenditur: (Exscr. Uggla)

Huusby, som i Bergslagen står
— — — — — — —
Et skoent hærligit Kloster thet war,
Munckar boo ther i många paar,

1) Priores Conventuales etiam dicti. *Rhyz.*

The Sancti Bernardi alla
Cisterciensers sig kalla
Then Orden foelgde och rena læra
Ty under Alvastra æra &c.

Ne claustrale judicetur Sigillum *Communitatis in Vallibus. Dahla laget* tali utebatur. *Tunaminne af M. Sahlstedt p.* 16 (Ericus Olai *Vallenses* Dalekarlos nuncupat).

Husby Klosters Krutbruk & Jernverk, ruderibus ex claustri effloruerunt.

70. Gudvalla s. Ruma.

Claustrum in Gotlandia Fratr.

Monasteriologi.

Vastov. Gudvalla Fratr. Ord. Cist. *Sparrm.* idem. *Rhyz.* p. 157. *Ruma Kloster*, Bernh. bröders, 2 mil ifrån Wisby. p. 185. *Gudvalla* (Vastovii & Hvitfeldii). I Skara Stift. Spegelii opinioni de Gudvalla, hodie Mariedal, de quo loco vide p. 23, adsentire videtur 1). *Monographiæ de Roma Kloster* Auctor *Georgius Wallin*, Episc. Gothoburgens. primus nomina ad unum locum retulit. Vide *Gothl. Saml. I: p.* 1—72.

Monographiam tam laudatam lectores consulant. Adnotamus tantum quæ Auctori illi addantur.

De nomine Guthnalia.

Gutualia in litteris antiquis tantum legi opinatur Wallin. Certissime vero et in *Libro Datico & Necrologio* Bibliothecæ Lundensis scriptum est: *Guthnalia*, ut etiam descripsit *Lagerbr. Mon, Scan.* II. p. 74 & 223. Vide hanc diss. p. 19, 20. Forsan igitur Abbatia Ordinis Cisterciens. *Guttenthal*, de quo *P. Brentius* in *Commennt. Rer. Germ. L. III p.* 447, in Gotlandia est quærenda. De Abbatia in *Valle Dei* agitur in *historia Monast. Villariensis (Thesaur. Anecd.* T. III. 1295, 1298); A. 1270 e Monast. Vill. ad V.

---

1) Conjecturas Topographorum, nisi magni sint nominis, non curavimus. Hic locus sit excusationis. *Fernow om Wermland* II: p. 218, 219 *Gudvallam* investigavit ad *Gladevalls Kyrka* i Werml. Ibi enim aderat *Stafnäs*, i. e. locus ubi *bacula* deponebant *Peregrinantes.* Sic: "*Pelgrimsväg*," sic: "hwar will man nu säkrare än här igenfinna Gudvalla Kloster, utan minsta hårdrag och gissning?" Sat!

D. exiit Arnoldus Nassot & a. 1300 Johannes de Hucht, cujus avus donaverat tria millia librorum antiquorum Claustro Lovanensium. An de Gotlandia cogitare liceat, dubitandum est. *Ruma* Claustrum dictum est a parochia, in qua situm.

De initiis

S. R. D. I. p. 388. 1151. Abbatia de Gütland in actis Clarevallensibus obvia, quare *Lagerbr.* tum jam initia Claustri Romensis facta putat. *S. R. H.* II: 144. Alias in Chronologiis vetustis: 1163 *Conventus mittitur in Guthvaliam. S. R. D. I:* 388. *S. R S. I:* p. 51. (*Manrique Ann. Cist. T. II.* p. 406, 1164 adfert. Cfr. T. IV. p. 560, T. II. *c. X. n.* 3. *Vide Lagerbr. II:* 254. Hoc Claustrum a *Rhyz.* respicitur p. 274, ubi: filiale Novevallis seu *Vallis Dei* in *Livonia.* Hunc seduxit *Huitfeld* Cfr. *S. R. D. I:* 388 et Dipl. infra allata an. 1290, 1498 1317. *Matrem* vero habuit *Abbatiam Nydalensem, G. Wallin I.* p. 35. &c.

In Chronica Claustri observentur:

1290 *Ericus* Rex Dan. Claustro Gothwal possessiones Danicas, Estonicas & Wyrlandicas confirmavit. *Suhm* XI:80. 1317 Fr. *Conradus Abbas & totus Claustri Conventus GuthNaliœ* vidimarunt Bullam Bonifacii Papæ Episcopo Arusiensi, præposito Ups & haquino Canonico Arusiensi Ecclesiarum datam. *Dipl. Lgbr. T. I. ex Orig. Membr. Arch. Cons. Wisb.* "GuthValiæ" occurrit in descriptione *S. R. D. I:* 389. 1318 Ericus & Valdemarus Duces in carcere Monachis in *Rummum* Gutlandiæ XX m. denar. dederunt. *Collect. Peringsk E.* 28. 1335 *Petrus Abbas Gutvalliœ* quitationem reddit XX marcarum supradictarum, quas Archi-Ep. Olaus tradiderat, in qua ep. Örnh. adnotat: *Gôthala, Gutenala, låg på Gotland och kallades eljest Ruma Cl.* 1344. Rumis convenerant Seniores totaque communitas terræ Gutland de 1000 marcis puri arg Colon. ponderis Regi Magno solvendis. *Dpl. Lgbr. T. I ex orig. membr. Cons. Wisbyens.* Cfr. *Suhm XIII. p.* 117. 1373 Gregorii IX Bulla Abbatibus & Conventualibus de Guthvalia, de Nova Valle & de Warnhem, vide *v. Celse Bullar.* p. 134. 1420 Martini V. 'Abbati & Conv. de Guthvalia, vide l. c. p. 174. 1438 *Johannes Abbas in Guthualia* S. R. D. I. 389. Idem forsan ac Magr. *Johannes Roberti Abbas bonevallensis. Ord. systerciensis,* ad quem prima littera data est in *Wadstena klosters Registraturbok* 1440—50 in Bibl. Lund. Ms. H. L. a) 22 a. Vide *Dela-G. Arch. II.* p 161—169 Cfr. Lagerbr. S. R. H. IV: p. 321. 1489, de epistola quam Regi Johanni II scripsit *Abbeth Hans "ether Nades tijl Gwdh ydmyghelige tiener,"* vide *Ölands hist. af Ahlquist II I b.* p. 83. 1498 Litteræ editæ sunt, quas ex corpore privilegiorum Revaliensium Langebek exscripsit: Wij *B*roder Johannes Abbet des Closters Ruma up Gothlande belegen Cist.

Ord. bekennen und betugen . . dat uns de ersame Rath der stadt Revel umme Vorbeteringe und vormeringe der Almissen unses Closters van guden herten vergunnet und verlanet hebben ethliche nye kornhuse, stenshuse und keller tho buwende an unser hoff in der monike strate in der sulven stadt Revel gelegen - - - - *Diplo. Lgbr. T. II.* 1517 Romæ Episcopus Johannes Revaliensis Regn. Daniæ adscripsit rogans, ut permutatio fieret prædiorum, qua quæ Claustri Romensis essent in dioc, Reval. sita, illi diocesi redirent. Rem commendat amicitiæ Episcopi Lagonis Urne & Dni Avonis Bilde Præpositi Lundensis Regisque Cancellarii. *Archiv. Reg Dan.* Vide *Nye Danske Magas. I*: 202. Fr. *Angelus Abbas Monasterii de Runa* inter ceteros Nuncios Septentrionales a Martene enumeratur S. R. *D.* I: 389. In Dioecesi Lincopensi situm numquam Abbatiis Danicis adnumeratum est.

Cfr. *Dipl. Sv.* I. 152, 245, 246, 250, 253.

71. Herrevad.

Claustrum in Scania Fratr.

Monasteriologi.

Messenius, Rhyz. Daugaard.

Hic copiose p. 163—165 illud illustrat. Cum vero donationem præter Archidiaconi Erlandi a. 1269 se ignorare confitetur, adferamus e *Dipl. Capit. Lund.* T. II, n. 311 Testam. Præpositi Trugoti 1289, n. 365 Dominæ Ydæ de Gladsaxe 1398; n. 380 Archi Ep. Caroli 1334; n, 382. Archi-Ep. Jacobi 1410; n. 389 Decani B. 1285; n. 401 Canon. Christiani 1299; n. 404 Archidiac. Johannis Stigson 1361. Hic etiam observanda: In *Exc. Kil. Stobæi ex Arch R. S.* 1346 Abbatis Jacobi prædiorum permutatio cum Capitulo Lundensi. 1373, præd. permut. cum Claustro Bosöe. 1516 præd. permut. cum J. H. in Boserup. In *Dipl. Lgbr,* T. I. legitur Epistola ducum Erici & Valdemari, *data in Monasterio Herivadensi A. D.* 1305 *in festo ex alt. Crucis.* Vide *S. R. H. III.* p. 24. 1387 Omnibus præsens scr. cernentibus notificavit Vfo (?) Johannis armiger & familiaris monasterii Hæritzwath, quod sub sigillis sororis suæ Margarethæ Johannis Porsæ & Johannis Nicholai de Belteberga, curiam Ecclesiæ S. Johannis in Kaogryth dedit. In *Dipl. Lngbk* 1552 Christian met Guds naade . - Vor gunst - - wiidtt att wii behöffwen en Sum penninge nu till Juell förstkommendis, thii bede wii teg oc ville att thu strags vfortöffuitt giiffuer teg till Herrisuödh Closter oc helne kirike oc forhandler mett abbedener ther sammesteds att de komme oss till lons huer mett 1000 daller inden Julledag förstkom. och ther som the icke kunde saa mange affstedkomme, att the thaa lone oss hver 500 daller, wii skicke (?) teg thes tilbehoff wore Credentzer at thee skulle haffue teg betroet i samme erende, lige-

wiss som vii thennom sielff personligen till ords worre, at thu ther kand wiide teg epther att rette befalendis teg Gud, schreffuit paa vort Slot Nyborg Mandagen nest epther S. Morthins dag aar 1552 Under Vort Siignet. In P. S. ut e Capitulo Lund. & Roschild eisdem sub conditionibus duo millia Thaler. mutua petat, jubet. *Opskrift:* Oss *elskelige Eskild Oxe wor Renttemester:* 1601 *Christian IV Til Axill Brahe,* in qua littera agitur quomodo Rex: *ladiit hugge paa Skouffuenne widt Herridzwadt Closter nogiit stoer Byggnings Tömbir till Helleruppe Broe.* Vide etiam *Warmh. IV.* 2220.

Hermadium vide *Ås.*

Juleta vide *Saba.*

72. (†) Linköping.

(Urbs Ostrogothica).

Claustrum.

Monasteriologi.

Spegel: H. E. p. 223. *Hermanss.* p. 20 *Rhyz.* p. 79.

Cum vero ipse Rhyz. confessus est, se ne umbram quidem talis claustri offendisse, nisi quod quodam loco adnotatum fuerit, R. Johannem III in Hospitalem Domum permutasse coenob. Bernhard. Lincop., heic commorari non oportet.

73. Longanäs (Lugnås) & Lurö.

(In vicinia Warnhemensi).

Claustra Fratrum.

Monasteriologi.

Messenius Longenæs coenobium *Scond. Ill. T. II: p.* 1. migrat Warnhemum. T. XV: p. 29. *Lagerbr.* Longanäs S. R. H. II: p. 144. *Vastov.* Luræ in Wermelandia Fratr. *Sparrm.* idem. *Rhyzelius* p. 189. *Om Kl. i Wermeland* Lurö ett Munke Kl. obekant af hvad Orden samt när och af hvem thet blifvit anlagdt och bygdt."

Hic e scriptis patriis vix aliquid eruas. In *narratiuncula de fund. Monast. Vitæ Scholæ in Cimbria S. R. D. IV: p.* 458 nonnulla nobis occurrunt. Svercho R. Sveciæ & Wlvidis Regina duos conventus Monachorum, tem-

pore b. Bernhardi ex Claravalle assumentes, duas ex eis Abbatias in R. Sueciæ fundaverunt: *Alvastrum* scilicet & *Lwdrhœ.* Alvastrum autem prima omnium Abbatiarum tam in Suecia quam in Dacia, Norvegia & Alemania. Conventum vero alterum ad insulam 1) quandam parvam quæ vocatur *Lwdrhoe* miserunt. Inde conventus ille propter nimiam suam paupertatem ad insulam (*silvam* legit Lagerbr.) quandam, quæ *Lwgnas* vocatur, transmigravit. Inde conventus ille de hac silva per qvandam nobilem feminam Sigridem, consanguineam R. Christinæ, ad divitem fundum, qui Warnhem dicitur, translatus est. Vide *Warnhem.*

Lwdrhœ, Ludrö, Lurö, insula Wæneri in Wermlandia sita. *v. Dalin* S. R. H. II: p. 103 sub Erico IX id claustrum exstructum supponit. Nullo in scripto patria offenditur ante an. 1460, cum Episc. Joh. Marquardi Scar. permutationem, quam confirmavit S. Sture an. 1501, præd. cum Arvido Abbate Warnhemensi fecit, in qua *Ludra i Wermland,* possessio antea Claustri, Ecclesiæ Cathedr. Scar. cessit. *Fernow om Werml. p.* 217. Idem rudera claustri descripsit. Lapidibus in monte fuit ædificatum, 19 pass. longit. 8 pass. latit. Tribus loculis fuit divisum, quorum unus bipartitus. Fonti *Munkekälla* adhuc dicto, nautæ offerunt ventos secundos expetentes &c. &c. Cum Monachi *ibi*, post emigrationem conventus, remanere potuissent, numero saltem uno hæc duo loca insigniantur. Cl. *Longanäs ad Lugnås* Ecclesiam in Westrogoth. situm judicarunt. *Hic* igitur conventus, Warnhem accepto, remanere non licuit. V saltem milliaria Abbatias sejungerent Cist. Ord. *Thesaur. Anecd.* IV. p. 1243 *Du Cange* in *Leuca.* Numne *Abbelund* Birgeri Jarl, de quo *Chron. Rhythm.*, hic quæratur?

74. (†) M a l m ö.

(Urbs in Scania)

Claustrum Fratr.

Monasteriologi.

Messenius inter cl. Bened: Cisterc. Malmogense refert. Qua re sine dubio tantummodo opinioni de schola Benedictina in urbe tam celebri adnuere voluit. In historia nihil igitur de Claustro Cisterc. Malmog. adfert. Ansam vero præbuit Rhyzelio hic construendi I. *Bernhard, eller Cisterciensium,* quod tamdiu floruisse opinatur *Sjöborg,* Skånes Hist. I: 108, ut hinc Lectores Gymnasii sub ævo Reformationis exiissent. *Incertum* declarat *Daugaard* p. 148. Jure omnino improbetur.

---

1) *Messen.* hic *Interöe* suspicatur. L. c. T. II: p. 1.

75. N o r a b e r g.

Claustrum in Westmannia Fratr.

Monasteriologi.

Hermanss. & ejus Auctor *Rhyzelius* id retulerunt.

De hoc Claustro paucissima supersunt. 1358 Episcopus Magnus Eschilli, feria tertia proxima post Dominicam Trinitatis vidimavit *in Monasterio b. Virginis, hodie Noraberg dicto,* literam cambii inter Amundum Finvidi Maresch. R. Sv. & Finvidum Raguasson an. 1344 datam. 1441 Episc. Olaus Aros. & Archi-Ep. Nicolaus indulgentias subsignarunt illis, qui ad claustri hujus ædificationem aliquid contribuerent. *Anm. till Petri Nigri hist.* p. 492 Cfr. *Grau: Beskrifn. öfver Nora och Lindes Bergslagen,* Örebr. 1791 de ruinis *Claustri ad Frösthult* p. 629 agit. Dalin II: pag. 544 de claustro licet a quibusdam citatur, nihil illustrat.

76. N y d a l a.

Novevallis, Claustrum in Smol. Fratr.

Vide *Appendicem* 1).

77. R i s a b e r g a.

Claustr. in Nericia Soror.

Vide *Appendic.*

78. S a b a (Säby) s. Juleta.

Claustr. in Suderm. Fratr. *)

Vide *Appendic.*

---

1) Cum, licet Sectiones duas insimul imprimendas curaverim, *finis intervalli* studiis Academicis jam imminet, nullo alio modo *finem dissertationis* me nacturum sentio, quam — *procrastinatione.* Ea igitur claustra, quæ monumentis abundant & circa quæ nihil dubitationis agitur, alio D. v. tempore publice ponemus.

*) *Juleta parochiæ* erat nomen, *Säby vici,* ubi claustrum condebatur, *Saba* vero *monasterii.* Vide *Dipl. Sv. I:* 482, 464, 765. Illud non ab ecclesiastis datum nec Sancti, quem prædica-

79. (?) Salem.

Claustrum in Sudermannia.

Manrique Act. Cist. T. I: "Abbatia de Salem. - - - Abbatia de Alvastra - - - Abbatia de Noua Valle." *Lagerbr.* S. R. H. II: p. 143 qui locum citat, citationi nequaquam pro *certo* superstruit Claustrum Suethicum. Observationem tamen addit de Salem Sudermannico loco, quo nihil amoenius, "qui primo electus fuerit ut ibi claustrum fundaretur, licet postea relinqui potuerit;" eademque observatione nos subsistamus.

80. Sigtuna.

Claustr. in Upl. Soror.

Monasteriologis

Ignotum, sed extra aleam dubitationis positum. Ne G. Wallin quidem in *Sigtuna stante & cadente* id observat.

1280 Venerab. Filiabus dom:bus in Syctonia Fr. N. Abbas & Conv. in Saba curiam vendiderunt D. S. I. 696. 1258—1282 Christina Fastonis fil. unam oram terræ Monialibus de Siccthonia ordinavit. l. c. 855. 1288 *Sanctimonial. Sictoniensibus Ord. Cisterc.* ut hæreditatem adire possent, haudsecus ac si in sæculo mansissent, concessit Nicolaus IV. l. c. v. Celse Bull. p. 94 Heic sine dubio quærenda est Doter illa "Deo dicata "de qua vide in *Wigby*. G. Wallin l. c. p. 227 Stetisse olim in collibus Wigby vicinis coenobium quoddam ex priscorum ore fama commemorat. Sic *Fratres* in Wigby, *Sorores* ad Sigtoniam Cist. Ord., mature domicilia elegisse videntur.

81. (?) Skeninge.

Claustr. in Ostrog. Fratr.

Monasteriologus

Rhyz. Skeninge Munkekloster, anlaggdt af K. Swerker vid år 1150 åt the nyss inkomna Cisterc. Munkar och med underhåll försedt, men åt Pred. br. upprättadt af K. Erik XI vid 1234."

Numquam, ut notum est, fontem confitetur Auctor ille de cetero

---

vit Basilius Magnus, nomen referre, bene colligitur ex variis modis, quibus ab ecclesiasticis scribitur, *Yolathia, Juloth, Jolattha, Juluthami, Juluta, Julatum* &c. Dipl. Sv. I: 65, 68, 482, 711 &c.

laudandus. Plerumque illos tamen indagare nobis contigit; non vero hic. Opinionem de *Claustro Fratr. Sken.* ad Hogstadsjö translato, quam negat Hadorph, fama forsan de Claustro *Hogstad* Ord. Cist. qui ruris amantissimus fuit, olim genuit. Vide *Dominic. Sken. Fr.* Sect. II: p. 26.

82. Skogkloster.

Claustrum in Upl. Soror.

Vide *Appendic.*

83. Solberga.

Claustr. in Gotlandia Soror.

Monasteriologi

Hermanss. & *Rhyzelius* hoc observarunt. Quo de Claustro *Monographiam* laudatam proposuit *G. Wallin* in *Gothl. Samlingar* II: p. 107—156, ad quem locum lectores delegamus, paucissima tantum addentes. De novo illustraturus observet *Dipl Sv.* I: 336, 362 ("Moniales in Wisby" 1246, & "Moniales de monte Solis in Wisby" 1248 easdem esse satis probavit G. Wallin), 625 (ubi an. 1277 de Sanctim. Gothland. de monte Solis). Litteræ Ep. Bened. an. 1287 &c.; Ep. Petri an. 1349 in *Dipl. Lgbr. T. I*: adsunt; it. Gismundi 1382, omnes ex orig. descriptæ. Adeas etiam Dalin II: 808, Lagerbr. III: 10, Suhm XIII: 218, 640. Ne fallat error indicis Celseani Bullarii: "Solberg Mon. Cist. Ord. in Smolandia."

84. Warnhem.

Claustr. in Westro-Gothia Fratr.

Vide *Append.*

85. Wigby.

Claustr. in Uplandia Fratr.

Monasteriologi

nomen interdum observant. *Messen.* Sc. Ill. XII: 100. Carolus R. 1162. Construxit vero antea coenobium in villa Sæby aut Wigby prope Sigtoniam inde Saba vocatum, quo monachos an. 1160 induxit & hoc postmodum transtulit monast. Canutus Juletam in Sudermannia." *Rhyz.* in Claustro Ju-

leta illustrando loci Messeniani est memor, licet *Säby* in Sudermannia quærat, in *Juletæ* nomine vestigium Monachorum quasi suspicans. De qua re nos ad *Saba* quid sentiamus eloquebamur.

Diplomata

hujus claustri in origin. tria habemus, quibus antiquiora nullum claustrum Suio-Gothicum gaudet. 1167—85 Kanutus R. Sv. & Goth. Monachis in loco, qui vocatur Wigbui, confirmat possessionem Wigbui, a Deo dicata muliere nomine Doter ejusque filio nomine Geri collatam, & quæ alii eorumdem fratrum usibus dederunt. Dipl. Sv. I: 63. Eodem tempore idem Rex piscationem in Elvekarlebui confirmat Fratribus Cist. Ord. & *eorum successoribus* in Wibui Deo servientibus. Dipl. Sv. I: 66. Sic tum nondum de translatione cogitatum. Hæc piscatio 1191 Claustro Saba rediit. Dipl. Sv. I: 113. Eod. t. Idem Rex cambitionem inivit cum Monachis, qui *prius* morabantur in Wiby juxta Sictoniam, cum illi accipiunt Seby in Julothia cum attinentiis reddentes quod Kolo de Sco in Upl. iis dederat. Dipl. Sv. I: 64. Cfr. Örnh. H. E. p. 558. Brings Handl. I: 177—183. Falsam hanc litteram suspicantur Edit. Scr. R. Sv. I: 129, sine argumentis allatis. Etiam alios male movit *Deo dicata*. "Tum in Upl. Moniales non aderant." Aderant. Vide supra *Sigtuna*, ubi Sorores hujus Claustri Fratrum habes, velut in Gotlandia Ruma Fratr. & Solberga Soror. in Westro-Goth. Warnhem Fratr. & Gudhem Soror., in Suderm. Juleta Fratr. & Wårfruberga Soror., &c. "Dissuadet *filius* mulieris Deo dicatæ." Quis vero est, qui nesciat, viduas claustra introivisse. Wigby postea familia *Blå* possedit. Litteras vide Johannis Caroli 1279, Petri Caroli 1284, Folconis Johannis 1307, Johannis Folconis 1335 & Hadorphi Peringerique stemma familiæ nominatæ in *Dela Gard. Arch. II*: 90—96. Huc tamen non referas litteram "Ragna i Vigby," an. 1271 qua antiquius in orig. *Suetico sermone* nihil in Svecia notum. Vide *Dela Gard. Arch. II*: *p.* 10. Antiquissima in Dania Danica lingua an. 1313 data. Suhm X: 711.

86. (†) Wisby.

Claustrum Cisterc. Ord. Soror. in Gotlandia a Sollergensi diversum.

Hermanss. p. 28. Wisbyensia tria alia nominat Mag. Schoum. præter supra allata (Rumense, Solbergense, Wisbyensia Franc. & Domin.) sc. S. Jacobi (de quo supra p. 37) S. Bernhardi, S. Catharina (de quo supra p. 38). *Rhyz.* n. 2. Ett Nunne-Kl. och inom Staden af S. Bernh. eller Cist. Ord. Thessa N. fingo 1459 härliga privilegier."

De *Solberga* tantum quæstionem omnibus in locis esse posse, satis luculenter docuit G. Wallin.

87. W r e t a.

Claustr. in Ostro-G. Soror.
Vide *Append.*

88. W å r f r u b e r g a s. F o g d ö.

Montis Marianum Claustr. in insula Mæleri Sororum Sudermann.
Vide *Append.*

89. Å s.

Claustrum in Hallandia Fratr.
Monasteriologi

Hermanss. Rhyz. Daugaard de eodem mentionem faciunt. Expositioni Daugaardianæ nonnulla addenda habemus. *De nomine* haud exiguæ difficultates exsistunt. *Asylum* ab *Ås* a Monachis fictum, quare id claustrum in exteris scriptis obvium, heic locandum, Rhyz., Daugaard aliique docuerunt. In *Thes. Anecd.* nostro, quem possedit Doctissimus Münter, in T. IV p. 1403, ut jam observatum, *Eschilsöe* ad Abbat. de *Asylo* adscripsit, ubi agitur de visitatione Abbatis de Sora, "assumto filio suo Abbate de Asylo," apud Abbatiam de Herivado. Doctiores dijudicent; confiteamur tantum, nos in diplomatibus non indubitate aliud nomen, quam Aas de Claustro Hallandico usurpatum offendisse. *Lagerbr.* S. R. H. II: p. 144, 145 citat *Manrique,* qui in Ann. Cist. T. II. p. 20 proponit ad an. 1151 "alterum ab Æskyllo coenobium conditum Hermadium s. Grandium, quod tamen utrum diversum ab Herivado s. Erivado sit, a 1144 genito, quippe in genesibus tamquam diversum ponitur. Erivadum inquiunt in Dania Lundensi dioecesi & rursus Granadium in eadem dioecesi & provincia . . . Quodcumque fuerit in Lundensi surrexit Dioecesi." Quo peracto claustra enumerat ab Eschillo condita, vitiatis nominibus, inter quæ nihil aliud ac Gr. respicere potest Ås, quod ab Eschillo fundatum ostendit Suhm VII: 492, VIII: 287. Ratio vero denominationis? Talem sæpe non adhibuerunt Monachi in nominibus fingendis, at haud raro nomen antiquum latine reddere conati sunt. *Herma* terra, ab *Eremo* ficta, tum *inculta* dicebatur, "quæ non reddebat fructus domino." *Hermassium, — macium, — massum* etiam apud DuCange

habes. *Grandium*, quod grande, altum est, *Ås* nostrum melius reddit, quam *Asylum*.

De *ætate* tantum componam Petri Olai Ann. Dan, "Alibi scribitur, quod 1203 fundatum est claustrum Asilum," S. R. D. *I*: 179. & Testam. Absalonis a. 1201 mortui: "monasterio de Aas in Hallandia Vathby: . . scotavit." Dipl. Sv. I: 827 Haud raro in *Dipl. capit. Lund.* occurrit. N. 361 Erlandus Electus testamentavit "*claustro As in Hallandia* duas mrch. den." 1269 (D. S. I: 540) n. 382 Archi-Ep. Jacobus *Monasterio Aas* marcham dedit 1410; n. 389 B. Decanus Monasterio de Aas m. d. 1285 (D. S. I. 812), n. 404 Johannes Stigson "*Monasterio Aas in Hollandia* III. m. d. 1561 &c. In *Dipl. Lagerbr.* T. I. (Örnh. Dipl. T. p. 688) testimonium adest Ormeri de piscatione, de qua litigatum est inter Cl. Gudhem & Monachos de *claustro Aas* an. 1313. A. 1318 Duces in carcere Nycopensi *Monachis in Aas kloster Hallandiæ* XX m. denar. dederunt. *Dipl. Bibl. Lund. fol.* 4. Apud *Bexell* in Hallands *Beskr.* littera adfertur *In Asylo An. Dni* 1396 die 6 Jac. Ap. qua testatur Abbas Sveno, Ingeburgim, viduam Petri Prika, prædium Lahall Hallandicum Gunnaro Gylta dedisse, quo dono pacem sibi emeret vidua. In *Suhm Nya Sml.* II: p. 143. "Mester Mattis Erichsou Abbet uti Ooss closter och menige Convent" regis acceperunt literam "uppa Odenfale kirke i Norre halland liggendes, at the ther mwæ skicke capellan, som skulle holle ther messe och thesligeste giöre Almwen ther theres sacramente," quam non observat Daug. licet paginam alio respectu citet. Attamen negari nequit Ås Halland. respici. Apud *Suhm XIII*: p. 168 (Cfr. Handl. rör. Sk. h. XII: p. 26). Testamentum R. Magni & R. Blanchæ vides ubi:" Aas kl. i N. Halland In Catal, Præsul. Lund *Schw. Bibl. III*: 192 de Magno Nicolai f. Fionio, qui ad Ås Halland. interfectus est, legitur: interiit *Aasiæ* a. 1390. In *Arch. Stjerneld* (Handl. r.Sk. h. XVII) n. 9 testimonium adest *Abbot Pæders i Ås kloster* 1413 & Dela-G. Arch III: p. 39 exscriptum habes instrumentum cambii inter *brodher päther thuwasson*, *Abbijt ij Aas closter* & Ake torbiurnässon, dat. in Monasterio nostro Aas An. Dni 1415. In *Richardssons Hallandia* aquæductus a monachis ½ mill. extensus commemoratur. *Asilum* vide Dipl. Capit. Lund T. II: 311, 401.

VI. S. Brigittæ Ordinis.

Exordio jam locus non est. Nec tali opus. Notissimus enim ordo, notissima fundatrix. Volumina de utrisque jam conscripta. Vide tamen p. 43 & *Append.* ubi *Wadstena* exponitur.

Monasteriologi

Wadstenensem conventum tantummodo noverunt. Mireris forsan, an

unum tantum exstrui possit claustrum Suethicæ prosapiæ, cum tot exterorum ordinum occurrunt. Historia plurium *umbram* ostendit.

90. (?) Husbyborg Fratrum
&
91. Aspenäs Sororum.

Claustra Uplandica.

Quod claustrorum par debemus scrutatori celeberrimo *Andr. Schönberg*, qui rudera puer calcaverat. Vide K. W. H. o. A. A. Handl. VI: p. 28—37. An. 1800. Is monographiam ibi proposuit. Observarat antea *Grau* in *Beskr. öfver Westmanl.* 1754, p. 584. Ambobus auctoribus sententia fuit, hoc claustrum antiquissimum hujus Ord. in universo orbe dici posse.

Husbyborg

in Ecclesia Tierp ad amnem, qui in Temnaren defluit, situm. *Salvius* in *Beskr. om Upl. p.* 325. "Der skall fordom stått ett Closter, hvars murar till en del ännu stå qvar." Quam observationem citat *Schönberg* l. c. p. 33:" Motsvarande Munke-Klostret (till Aspenäs Nunne-Kl.) var inrättadt i nästa församl. Tierp, vid Husbyborgs gård." Cfr. *Tuneld* VIII ed. I: Tilläggn. p. 457. Cetera addant Upplandi!

Aspenäs

in ecclesia Östervåla, quæ olim ad Thiundaland relata est, emicuit. Jam Archi-Episcopo Ups. sed Pro-Consuli Westmann. subest. Legifer Birgerus Petri circa 1300 in matrimonium duxit Ingeborg filiam Benedicti Minnisköld & Sigridis then Wäna ad Ulfåsa & Aspenäs. v. Stjernm. Höfd. m. 75. Postea Aspenäs domicilium erat R. Drotzeti Canuti Johannis (Blå), apud cujus uxorem S. Brigitta educabatur, materteræ Catharinæ amori a parentibus tradita. *Berchs Skådep.* I: 10. Hæc Catharina e gente Folkungorum, cum alumna inclaruisset, claustro locum celebrari voluerit, ubi primarum visionum honos puellæ mirandæ contigisset. *S. Britas Kammare*, loculus claustri novi, diu remansit, qui sine fornice hiemali tempore precibus ardentem S. Br. sæpe conclusit. Templi monasterii murus & turris supersunt. Hanc apud Dahlberg in Sv. Ant. & Hod. conspicis. An. 1728 ipsa domus claustri destructa est. De tramite tecto, ut ad Monasteria Monial. mos inveteravit, narratur. In ecclesia veteri Monialium artis indicia restant, vestimenta altaris, in quibus tres signa familiarum suarum intexerant artifices, unde colligitur Virgines hic adfuisse stirpium Natt och Dag, Gyllenstjerna & Plåt (Sv. Adelsmän n. 138). Grau in manibus

habuit diploma an. 1356 1), in quo Claustrum nuncupabatur. Usque ad 1527 ætatem claustri Grau provehit. Diploma Grau locum descripturo traditum nec umquam ab hæredibus ejus redditum, supposuit Schönberg.

92. (?) Ramundaboda Fratrum
&
93. (?) Risaberga Sororum.

Claustra Nericia.

De *Ramundaboda,*

Claustro Fratrum a S. Brigitta, marito & propinquis eorum fundato, conventuique Wadstenensi quodammodo subdito famam antiquam improbationemque Rhyzelii jam p. 48 observavimus. Historia nec probat, nec improbat; nisi quantum ex silentio colligatur. Numne *Lassåna* & *Ramundaboda* aliquando diversa fuerint, unum S. Brigittæ, alterum S. Antonii nomen profitentia?

De *Riseberga*

Tuneld Ed. VIII: p. 119. "Riseberga (a. 1200 Monialibus Cist. donatum) stiftadt af S. Brita för Bernhardiner Orden, samt fick Nunnor från Wadstena kloster." Fontes non confitetur. *Certum* est, a. 1341 Ulph Gudmarsson Legiferum Nericiæ & Birgittam Birgirsdotter, consortem, prædia dedisse Claustro in Risaberg modo legum Westrogothorum dictis skapt & umfärd; sigilla apponentibus Sigwed Ribbing & Israele Birgerson generis dilectis filiaque dilecta Margaretha dat; Risaberg fer. pr. ante Dnc. Palmar. *Dipl. Lagbr. T. I.* Hic etiam sine dubio educabatur filia S. Birgittæ Catharina, postea nupta Eghardo v. Kyrnen, post mortem in Sanctarum numerum relata. Cfr. *Nunnan Elisif,* carmen Ep. Nicolai, *Sw. Folkw. III*: p. 163. Nihil aliud famæ de cl. Brigittino forsan subest, quam quod S. Moniales in Riseb. auctoritati indulgentes popularis suæ Brigittæ, ad tempus quoddam se ad regulas & opiniones ipsius accommodarent. Melius explicent, quibus ad Archivum Regni patet aditus.

Insuper observentur:

Finsta

prædium Braheanorum in Uplandia.

Gregorius Rivius Puritamus s. *Lauterbach* in *historia Monastica* p. 76. inter XLIII Claustra Brigittina refert:

1) "På gården har här i fordna tider varit ett gammalt Kloster, hvilket nämnes i ett permebref af 1356. Eljest säges det, att samma varit ett Nnnne-Kloster, äfven väl att det skall vara gamlare än Stockholms stad." L. c. p. 584.

Finstad in Finmarchia.

Sine dubio locum S. Brigittæ natalem intellectum voluit. *Finstad* audiverat, quod nomen sine dubio illi regionem *Finmarchiam* suggessit, qua adjecta singularem doctrinam sibi forsan videbatur explicuisse. De claustro heic sito, quamvis verisimilis talis fundatio sit, nihil patria scripta docent. Forsan quidam religiosi Brigittini visitarunt quid? quod interdum habitarunt celebre *Antrum S. Brigittæ,* in quo ipsa Domina habitasse referebatur, qua re fama de claustro facile nasci potuit. Ipsæ loci ædes claustra uno respectu dicantur. Nam inter rupes dirutas ut *vicinæ essent antro sacro* ideoque *scopo religioso* exstructæ sunt. *Tuneld. Ed. oct.* I: p. 117 Cfr. *Lager. S. R. H. M.* p.] 661.

Mariebo in Skeninge.

J. *Hermansson* & *Staaf* in diss. de Ord. Bened. in SvioGoth. p. 27, false ad cl. Svethica referunt, asserentes *ad hujus structuram (auctorem* nominant *Rhyzelium* *), *Reg. Ericum Pomeranum omnibus* & *singulis per tria hæc regna symbolam imperavisse,* & addentes, *Rev. H. Spegel Augustinianorum hoc fuisse perhibere, sed rem eodem recidere.* Hic duo valde distantia loca confunduntur, oppidum Svecum *Skeninge* ad Wetter lacus & prædium *Skieminge* in insula Danorum Lolland. In illo quæ fuerunt Claustra, alibi exposuimus. In hoc *Mariboe kloster* habitaculum Mariæ Brigitt. Ord. Claustri Wadstenensis colonia celeberrima. Vide *Daugaard* l. c. p. 317 sequ. ubi tamen cum Regis Erici nuper nuncupatam epistolam recenset, ejusdem "welcher ist Christus ein *Bräutigam* der heiligen Birgittin, "lepido 'lapsu calami reddit "Christus som her kaldes den hellige Birgittas *Brud.*"

Mariedal.

Claustrum Brigittin.

quod in *Suecia* in eadem dissertatione Hermans. & Staaf locant, *Revalense* esse jam p. 24 admonuimus.

94. Wadstena.

(Oppidum in Ostro-Gothia).

Claustr. Fratr. et Soror.

Vide *Append.*

---

*) Ejus vero sententiam vide in Monast. p. 108.

Sectio Secunda.

De

Claustris Svio-Gothicis.

VII. Carmelitarum Ordinis.

Hic ordo, *rivulus Carmeli*, ut dicitur in *Thesaur. Carmelitar. Cypriani* p. 2, fundatorem, teste ipso Bellarmino, agnoscit *Eliam*. De cujus prioratu in nostra tamen ecclesia dubitare licet. Sæculo IV *Eremitæ* in monte Carmelo, ubi adhuc antrum monstratur Eliæ Prophetæ, obvii; medio vero XII sæculo *Monachi* Carmelitæ, constituente Bertholdo Calabriensi, exstiterunt. Suo ordini inscripserunt Prophetas omnes ad unum, Pythagoram & Druidas in Gallia &c. Protectorem Ordinis nuncupabant Salvatorem, Apostolosque Ordinis Missionarios. Adhuc nugas istas in scriptis suis retinent. An. 1238, a Saracenis profugati, Europam quæsiverunt. A. 1237 Claustra habitare cœperunt. In varias sectas divisi sunt. De Suethicis Olaus Petri l. c.: "*Carmeliter, the haffua hwijta cappo ooh kåpo utan til och svarta jnnan til och kallas här j landet Jomfru Marie Bröder.*" Ordini in Svecia Carmelit. imperavit Prior Claustri de Saxia Romæ, usque ad an. 1462, cum Papa Pius II, roganti R. Christiano I, Scandinavicis peculiarem præpositum concederet. In Dania studiorum amore inclaruerunt. Jam in Europa, Asia & America ordo superstes. Juniorem nescimus domum, quam Parisiensem a 1817 constitutam Monialium. Cæca fide obedientibus seque ipsos male tractantibus viam felicitatis æternæ aperiri hic Ordo præ ceteris credit.

95. Landskrona.

(Oppidum in Scania)

Claustrum Fratr. S. Mariæ.

Monasteriologi.

Messenius, Hermanss. Rhyz. Daugaard idem memorant.

Exstruxit R. Ericus a. 1407; circum idem effloruit oppidum, 1469 fundum, quem Sti Olsson Claustro dederat, locat Præfectus Capellæ S. Gertrudis *); 1477 Wârfrue Conventet cambium fecit cum ArchiEp. Lund *); 1529 Prior i Wârfru Closter j Landscrona literas venditionis edidit *). Hinc exiit Martinus Petri *Concionator* laudatissimus ✝ 1515. Destruxit Reformatio. Vide Sect. I, p. 14.

96. Örebro.

Claustr. Fratr. S. Mariæ.

Monasteriologi.

Vastovius, Messenius, Sparrman, Spegel, Hermanss., Rhyzelius idem illustrarunt.

Quo anno Claustrum Oerebrogiense præcarmelit. de quo p. 40, Carmelitanis sit apertum, heic explicitu difficile est.

Ad an. 1418 Messenius in *Scond. Illustr.* T. III, p. 47. "Carmelitæ alterum in Dania, Erici beneficio, Schelsoræ consecuntur cœnobium, indeque Orebrogiam Sueciæ sunt propagati." Temere hinc concludit *J. Fr. Bagge* in *Beskrifn. om Örebro p.* 224 de *Vårfru eller Carmeliter-Klostret*, eodem anno Carmelitas Oerebrogiam nactos esse, Attamen inde colligi potest, illos huc venisse, antequam Reginæ Dorotheæ urbs subjiceretur; quam fundatricem circa 1462 opinatus est *Rhyz.* quem hic forsan sequitur *Dalin S. R. H.* 11 *p.* 746. Rhyzelius enim ante 1462. nullum in hac Urbe Claustrum admittens, Carmelitanum S. Olavo sacratum supposuit. p. 231.

Diplomata.

1456 R. Carolus Claustro partem donat silvæ Kräcklæ, ea conditione, ut pontes viasque ipsum ibid. sustentaret. *R. Arch.* Vide *Bagge* l. c. Cui idem cernere contingat, is de ætate Cl. Carmelitani certius forsan judicet. (1460 Reginam Dorotheam, doti ipsam imperantem claustrum Carm. *exstruxisse*

---

*) Ex Arch. R. Su. Kil. Stobæus.

perhibet *Fernow om Werml.* p. 239; Rhyzelium p. 230 auctorem certe habens) 1464 Claustro Oerebrogiensi dabatur pars prædii Sydra Widhom in parochia Kumla; 1469, *Nils Svensson Höfvitsm. på Örebro* subscripsit dono Catharinæ in Torpa *Junfru Mariæ Kloster i Örebro* collato. (v. Stiernm. Hfm. p. 148). E. a. eidem datur Skeby in par. Ekeby & pars Käwilsta in par. Sköllersta; 1472, 1475 domus Oerebrog.; 1476 Myra in par. Ring-Karleby; 1477 domus, quæ a Claustro antea fuit emta, aliaque insula urbica; 1482 villa in Mosis ås (Mosås vid. *v. Stj. Höfd. M. p.* 193) dabatur. E. a. Claustrum prædium vendidit. 1489 Claustro prædium donatum est. 1520 prædium Sjöwasta in par. Ringkarleby datum. Præterea 2 mansiones Claustr. possedit in parochiis Rynningeby & Längbro, quæ post Reformationem Domui hospitali exstructæ inservierunt. *Ex Arch. Regni Bagge l. c.* 1510. litteras Fraternitatis Laurentio Magni, uxori Gertrudi liberisque dedit Prior Torkillus Haquini. *Handl. i Skand. hist. XVII. Append. Arch. Stjerneld. n.* 51. Qui prior a. 1495 (Trugels Hakonsson) apud Bagge et a. 1499 apud Rhyz. nuncupatur. De controversia inter Confessorem Generalem hujus Claustri Magnum Birgeri (Mathiam Birgeri nominat Rhyz *) & fratres Olauum & Laur. Petri a. 1521 multis locis commemoratur. Epistolam, quam ad Decanum Strengnensem Doct. Nicolaum dedit Confessor, adfert *J. G. Hallman* in *Phasarnes lefverne* p. 22. Pars exscribatur: Epter Biskop Mathias med annor våri förmän Gud thera siäl nådhe i Stockholm elendeligen mördades, låte wi eder Werduge Dr. N. D. i Str. veta, huru then Diaconus Olaus Petri och Laurentius Petri här voro på sin faders begrafning och mycket smädeligen talade emot Gudh och hans helige nampn oss brödrom — — — och påfven och sade att the nederslå hans rike som till förene gjordt är af then ketterska Muncken Luthero i Rom, om hvilken the mäkta talade och för folket berömde men ther emot oss lastadhe och öknampn kallade — ristandes hufvudet öfver oss. — Kiere Dr N. låter edher vårdha om thetta och förfaren epter Kyrckionalagh medh thenne Diaconus Olaus Petri, som så myckin oredho förorsakat. Then evige Gud löne edher therföre. Dat Orobræ in die S. Andr. Ap. A. 1521. Magnus Birgeri Conf. gen. in conv. Carmel.

97 (?) *Claustr. Carmel. Tottianum.*

Monasteriologi

nihil lucis præbent. In *Bibl. Ms. H. a) fol.* 3. *Rubrikerna på Permbr. i Örnh. Bullar. Knipp.* 55. 1481. *Carmeliter kl. funderat. af Riddaren Aghe Axelss. får gods af dess barn.*

---

*) Celsius vero *Magnum* Hallmanni retinet.

In *Svecia* tum Senatores erant *Georgius* & *Johannes* filii Senatoris Daniæ *Achonis Axelii.* Vide *Hadorph in Append. Chron. Rhythm.* p. 318. v. *Stjernm Höfd. M.* 163. Sine dubio claustrum alias notum respicitur. Quibus ad diploma aditus est, ii nos doceant. Claustra Carm. Sv. & Dan. Regios fere omnia instauratores agnoscunt, Cl. in *Örebro* R. Ericum s. Regin. Dorotheam, Cl. in *Landskrona* R. Ericum, Cl. in *Helsingör* R. Ericum, Cl. in *Skiälskör* R. Ericum, *Hauniense* R. Christiernum II. Claustrorum in Assens & Kiöge fundatores sunt ignoti, recentiora tamen cl. habentur. Etiam inter benefactores Claustrorum in Dania apud locupletissimum Daugaard nomen Achonis Axelii frustra quæsivi.

VIII. Carthusianorum Ordinis.

S. Bruno (Coloniensis) a. 1086 Ordinem instituit. Primo Eremitarum modo fratres vixerunt, tandem in Palatiis, eleganti artium judicio librorumque descriptionibus innotescebant. Pauci tamen regulis obedientiores remanserunt. Jam in Sicilia tantum & Hispania Ordo superstes. In Sveciam illum vocavit Steno Sture. In *Dipl. suo T.* 11 *Lagerbr.* prima pagella laceratam descripsit ejus epistolam: A. 14.. Jagh Sten Sture Riddare göra alla witherligit thet werdigste Fæder och Herrar Her Erkebiskop Jacob Erkeb. i Upsala och Her Cort Rogge Biskop i Strengenæs hafva migh latit första 1) uthaf en Helge och strenger Orden, som kallas Carthyser orden, och ware the begierende af mik hielp rad och tröst till at stickta sadane en Carthyser orden hær i Swerikes Ryke, — — — (quare cum Episcopis dictis & dilecta uxore Ingeborg Akes dotter convenit),— att forskrifva in till Tyskland till theras Öfverste i for: de Carthyse Closter om nagre personer hyt at senda till at besee och besöka et gott rum heer i Ryket ther them bequæmest ware, sa hafver theras Öfverste Her Timotheeus Prior och Visitator i Carthyse Closter, som kallas Mariena hoos Rostoch sendt hit 2 prester och 2 bröder uttaf theras ordon medh theras regele och privilegia til at höra och understa war begierelse och willie och them lata uthkese ett rum epter theras Ordens liedelse, sa hafva wij hafft badh ute medh them til mange rum at bese och skode ther them bequæmest wore at bygga och tha the ingen rum kunne finna ok iag meth ryksens radh offtha i manga herredaga hær om taladt och förhandlat hade, att sodane Orden skulle blifva stiktet hær i Ryket, hafver jak ok min k. hustru Jngeb. A. d. Erik Johansson och flere venner dråpelige betracktet . . . . (Cetera desunt).

De vestimento Olaus Petri tantummodo: *Karthauser Orden, the haffua*

---

1) In Concilio Telgensi, auctore Olao Petri in Chronica.

swart och hvijt. Domi enim *in albis* erant, exeuntes vero nigris palliis se velarunt. In sigillo Ordinis *globus terræ & crux.* Legebatur circa: *Stat Crux dum volvitur Orbis.* Litteris & moribus politiores his Monachis nulli fratres habentur. *Allg. Deutsche Real-Encyklopädie* 1830: 11: 483.

98. Mariefred s. Gripsholm.
(Urbs in Sudermannia).

Claustr. Fratr. Pacis-Morianum.

Monasteriologis

omnibus innotuit.

Diplomata.

In R. Arch. adsunt 1493 Stenonis Sture & uxoris confirmatio eorum, quæ donaverunt ad claustrum Grypsholmense fundandum. A. 1497 Hakastad ArchiEp. Jacobus testamento dedit. A. 1498 Nycop. 13 Dec. Steno Sture & Uxor Claustro Gr. prædia adsignant, ea sub conditione, ut si destrueretur Claustrum, prædia hæredibus redirent. Vide *Dalin S. R. H.* 11: 815, *Exscr. A. Registr.* 1511. Ericus Abrahami (Lejonhufvud) *Mariefred* adjudicavit prædia Wermlandica & Westrogothica. *v. Stjernm. Höfd. M.* p. 149. 1511. Fr. Jacobus totaque congregatio Fr. Ord. Carth. in Mariefred dioc. Strengn. ex singulari affectu omnes conventuales in Sko spiritualium pariter ac temporalium bonorum utpote missarum, horarum, psalmorum &c. literis ad eos missis participes fecerunt. *Monast. Sko in Upl. M. O. Celsii* 1728, *p.* 31. In possessione *Warmholtzii* diplomata a. 1457-1522 varia fuerunt. *Bibl. S. G.* IV. p. 262. Cetera apud *Rhyz.* quæras.

De exstructione Claustri *Chron. Rh. Maj. Scr. R. S.* 1: 11, *p.* 200. *Sten Sturo Senior.*

I Carthusa kloster iag i jorde kom 2)
Ther at liggia til then ytterste dom,
Thet Closter hade iag sielfwer sticktat
Och efter min egen vilie dichtat.
Gudi til heder oc Marie then möö
At the skulle mig hjelpa, när jag skulle döö,
Ther war ingifven Leek och Lärd
Som oppe skulle hålla Guds Tidegärd.

Monasterio hocce dilapidato, ossa Stenonis in templo Kärnbœnsi Suderm. reposita, a quo loco tandem a. 1577 cura Ducis Caroli in templ. Strengn. Cathedr. sunt translata, ubi Cœnotaphium memoriæ Illius tempore Gustavi III ædificatum hodie conspicitur.

2) An. 1504 postridie inaugurationis.

Litteraturæ

Claustri vestiga adsunt in *Actis S. S. Antv. T.* 11. *Jun.* Ibi enim cura Henschenii, edita est *vita Eskilli* e codice Hildesiensi, transcripto manu cujusdam Karstiani Carthusiani in Eccles. Strengnensi Sacerdotis consecrati & Scholarum in ea Rectoris, degentis in Domo pacis Mariæ, ord. Carthus. eadem in diocesi sita. Rogat autem Rectorem Hildesiensem Karstianus, ut dignetur hanc historiam S. Eskilli ligare ad asseres & nonnumquam in Refectorio legere pro Patrum Conventualium ædificatione & S. Martyris honore. *Scr. Rer. Sv. T.* 11. *p.* 391. Heic otio literario usus est doctus ArchiEp. Jacobus Uiphonis per VIII annos (1514-22), quem ibi consuluit Gustavus Wasa novis studens. 1525 *Monachis in Mariefred* Johannes Magnus A. Ep. versionem Apocalyseos mandavit. *E. Noreen de Vers. S. Bibl. Svio Goth. p.* 16.

Quæ domus inter Claustra Suecica *ultimum* tenens locum, *prima* destruebatur. A. 1523 de conventu Mariefredh x lödigh mk Gubernatori exigebantur in subsidium Regni. *Linköp. Bibl. Handl.* 11: 905. An. 1526 Fr. Conventus Gustavo I Fundatoris heredi Claustrum reddiderunt. Subscripserunt Episc. Magnus Somar & Senator Michael Nicolai (Crumme). *Gripsholms Slott. Stockh.* 1825, *p.* 7. Materiem dedit Arci Gripsholmensi ædificandæ. In loco sepulchrali Urbis Mariefred rudera conspiciuntur. *Ljungman om Gripsh. p.* 10.

99. Svartsjö.

(Svartsjölandet, insula Mæleri).

Claustr. Fratrum.

Monasteriologis

nostris notum fuit omnibus.

Licet in insula Færing (O. Celsius non Häring Rhyz.) advenas Carthusianos tantum circa 1491 collocasset St. Sture, dum Mariefred paratum fieret, insulam tamen, Claustro urbico ædificato, retinuerunt 3), et, monasterio illo eruto, ad eamdem insulam reverterunt. An. 1545 jam diu evacuatum fuerat Claustrum in Swartsjö, cum arx regia ibidem exstrui cœpta est. Monetam, Monachis sensim emorientibus, Rex Gustavus I ibi antea instruxit. A. 1751, cum quæ jam adest domus Regia ædificaretur, semirutorum murorum reliquiæ conspicuæ factæ sunt. Vide *J. E. Arenii, Præs. O. Celsio, de antiquitatibus insulæ Færingsöensis* p. 27 sequ.

3) "Nescio quis de caussis." *Celsius.* Nonne de avaritia ille cogitaret?

IX. Cluniacensium Ordinis.

Benedictinos reformavit Odo Abbas secundus Claustri Cluniaci in Burgundia. † 944. Cluniacensis hic ordo dictus. In sæculo XII 2000 Claustra illi fuerunt addicta. Hujus membra recentiori ævo fuerunt Mabillon, Montfaucon, Martène aliique literarum gloria clari. Cardinalis Mazarin Abbas erat eorum a. 1656. In Scandinaviam sæc. XI advenit. Abbas Claustri omnium Sanctorum Lundensis a. 1205 per quadriennium Rector Ordinis in Scandinavia constitutus est. De ordine plura vide Sect. I. p. 42, 69. Vestes nostris sacerdotalibus similes. *Nigri Fratres* nonnumquam appellantur.

100 (?). Eskilstuna.

(Oppidum in Sudermannia).

Claustr. Præjohannit.

Monasteriologi.

Messenius T. XV: p. 18. 1070 Eskiltunense in Sudermannia Cluniacenses hoc tempore inhabitant cœnobium. Cui *Rhyzelius* non contradicit, quamdiu floruerit tantum incertum statuens.

Messenium a. 1060 i. e. ante mortem Eskilli conditum, hoc claustrum male perhibuisse demonstrat Lagerbr. S. R. H. 11: p. 67, acceptans, idem in *memoriam* Eskilli conditam fuisse. Sin vero Claustrum fuit Scholasticum, in quo ipse docuit, necesse ante mortem ipsius inauguratum. Alii opinionem adferunt, in *Fors,* ubi S. Eschillus postremum habuit domicilium, Claustrum quoddam fuisse. *Thomæi Kyrkohist. p.* 77. Ut duobus claustris hic locus concedatur, nihil suadet. Sat est statuere, rumorem apud antiquos fuisse de Claustro quodam ante Johannitarum Eskiltunense, eidem vicinum ordinisque ejusdem ac Martyr ille fuerat Strengnesensis.

Duorum Claustrorum Eschiltunensium ostenduntur rudera. *Tuneld VIII Ed.* 1. *p.* 353, 356.

101 (?). Gelbo.

(Ad Wexioniam, urbem Smol.)

Claustr. Fratr.

Monasteriologi.

Messenius Sc. Ill. T. I. p. 80 circa an. 1020 "Sigfrid in fundo, vulgariter Ostrabo et monte Gelboge fabricat *ecclesiam,* quam . . præfatis com-

mendat *monachis* Ordinis Cluniacensium." T. XV: p. 15. "1020 Gelbogense in Verendia *coenobium* a Cluniacensibus inchoatur." *Rhyz.*: "Messenius — — men jag skulle snarare tro — — — *Benedictinerna* varit (här) de förste munkar."

Procul dubio habetur, S. Sigfridum secum duxisse Nepotes Cluniacensium Ordinis. "Thre hans Systersyni vara meth honom, alle aff enom klostirlifand som heter Duniacensis" 4), ut legitur in vita S. Sigfridi, Svethicæ sermoni reddita, qua nihil antiquius habetur in Svecia latine scriptum. Unamannus Sacerdotii, Sunamannus diaconatus, Vinamannus Subdiaconatus negotiorum functores in Legendis S. Sigfridi nominantur. De Claustro Gelboensi apud veteres unanimis opinio. Negari non potest multa historiæ analecta qaondam adfuisse, jam vero deperdita.

102. Lund.

Claustrum Omnium Sanctorum Fratr.

Monasteriologis

Rhyzelio & *Daugaardio* notum. Apud illum *Benedictinum* audit.

Daugaardio paucissima tantum addamus. In *Dipl. Sv. T. I. n.* 125. "Påfven Innoc, III bekräftelse på ÄrkeB. Andreas Sunessons åt *Svartbrödra Munkarne* . . . Allhelgonaklostret i Lund, hvars Abbot utvaldes till deras gemensamma Styresman." Num *"tam Monachi quam Abbates nigri Ordinis,"* velut *Prædicatores* Suethico sermone dicendi? Vide *Dipl.* Capit. Lund. T. II. n. 311, n. 358 (Abbas Jacob 1415), n. 363: "Omnibus presens scriptum cernentibus Acho dei dono Abbas Monasterii Omnium Storum prope Lundis salutem in dno sempiternam pateat universis quod ego post maturam deliberationem . . et consensu dilectorum conventualium meorum attentens tam utilitatem & commoda Venerabilis Capituli Lundensis quam etiam mei monasterii predicti infrascriptum cum Venerab. prefato Capitulo sub titulo permutationis feceram contractum ut videlicet parcum (pratum) vulgariter Kiædhæmath nuncupatum fundo dicto Kanikehawen ad occidentem contigno prope Ostrethorn situato . . . pro quadam curia desoluta in oppido Götzthorp in parochin b. Olavi prope Lundis . . . In quorum evidentiam sigillum meum una cum sigillo conventus mei presentibus est appensum. Dat. Lundis an. dn. mcdxlij die invenc. S. crucis. n. 384: Omnibus presens scr. cernentibus Benedictus electus in Abbatem Omnium S. torum prope Lundis,

---

4) *Cl.* in D abiisse, communis sententia. Vide Scr. Rer. Sv. I. ubi p. 360 error quidam observetur Editorum. Non *Helga sjö*, sed *Wexiö sjö* ab omni traditione demonstratur. Vide *S. Linnæum de Wexionia* &c. In litore hujus lacus templum erigebatur, huic Gelbo mons adjacet.

Henricus Bocholt decanus, petrus botulpi & paulus Laurencii canonici ecclesie Lundis salutem . . Noverint universi, nos — — — vidisse . . testamentum quoddam an. 1350. Datum Lundis an. dni MCDLVIII sabb. prox. ante duc. quasimodgen. — N. 394, 396, 399, 400, 401, 403, 404, 405, 415: Concilium provinciale in Helsinburgis . . . . presentibus . . . Conepiscopis . . preposito . . Decano, Kanuto Archidiacono nostre Lundis Ecclesie *frat. Johanne electo in Abbatem omn. S. torum prope Lundis.* (Ceteri Abbates subsequuntur) dat. An. 1365. 1496 Peder Bertilsson Abbot i Allhelgonekl. cambium fecit cum ArchiEp. Johanne, qui accepit Widerup gård i Frosta Härad, reddens Nöbbele gård i Torne Härad *). 1500 — — cum Capitulo Lund. de villis in Walkärla & Nöbbele *). 1505 Abbas Omn. Sanct. litteras edidit præcipientes, att dett stora Munkhuset i Söfde i Färs Härad icke skulle för någons herreböns Begäran komma från klostret, antingen genom pantsättning eller annat *). In exemplari Svenonis Hylander adnotatum: "Abbas Petrus 1315." Sic Abbates noti: *Marcus* 1164—84, *Paul* 1241, *Andreas* Dei gratia Abbas 1277, *Petrus* 1315, *Johannes* 1343 litterarum de Scania Sueciæ annectenda subscriptor, *Johannes electus in Abbatem* (numne idem?) 1365, *Jacob* (Jeep) 1415, *Acho* 1442, *Benedictus* 1458, *Peder Bertelssen* 1496, *Christen Sörenssen* 1533. Cfr. Sect. I; p, 12, 13, 18 **).

103 (?). Munkatorp.

Claustr. in Westmannia Fratr.

Monasteriologi.

Vastovius: "M. Davide Abbate celebre." *Messenius:* Sc. ill. T. I. p. p. 81: "Circiter an. 1025 B. David audita nepotum cæde b. Sigfridi . . ex Anglia . . migravit . . Ex *Munketorp*, primo Sueciæ *coenobio* S. David Abbas concionatores per regnum continuo emisit." *Sparrman* n. 2. "ædificatum an. 1063." *Spegel. Rhyz.*

---

1515 Dna Anna Caroli fil. vidua Erici Erici filii (Gyllenstj.) cambivit *) 1521 huic unico claustro litteras protectionis dedit R. Christiernus 27). 1523 in secunda exactione, quam Eccl. Suec. Gubernatori contribuebat claustrum XX mrc p:gr dedit 28). 1524 Priorissa apud Episc. Linc. præsentavit Dn.

11) Link. Bibl. hndl. I, 226. 12) De jure patronatus diss. Nehrman — Ehrenstråle p. 15. 13) Suhm XIII: 327. 14) Link. Bblhndl. I: 211. 15) Suhm XIII: 344. 16) Dalin S. R. H. II: 457. 17) L. c. p. 534. Lgbr. l. c. p. 483. 18) n. 52 in Dipl. membr. Brahe ana in Skokloster: Handl. r. Sk. h. XVII. 19) Lgbr. l. c. p. 508. 20) v. Stj. l. c. 258. 21) Suhm l. c. XIV. 258. 22) L. c. p. 486. 23) v. Stj. l. c. 258. 24) Link. Bibl. hndl. I. 223. 25) L. c. 26) Widegr. om Österg. I. p. 274. 27) Beskr. om Svenska jordagods. 28) Link. Bibl. Handl. II: 206. 29) Handl. rör. Sk. h. XVII. p. 73. **) Jam a *Cisterciensibus* desertum? Vide *Cist. Sken.*

Henricum quem Capellanum Conventus elegerat, confirmandum. Mora condonetur, nam antea justo *juniores* tantum munus adspiraverant 29). 1528 Viro suo Peder Swenske Rex claustrum locavit *). 1529 Abbatissæ & conventus restituitur, 100 marc ort. tamen publico contribuerentur *). 1530 idem 30). 1531 incendio vastatum. 1536 Johannes Laur. Decanus Ups. *Priorissam Mechtildem* & Conventum haud exigue donavit; posteriorem donationem claustro cuidam collatam, jam in memoriam revocare non possimus **). 1545 Arcis Wadst. exstructioni jam inservit cœnobium. Possessiones a. 1533 Abrahamo Petri fil. donatæ sunt, ita ut "han skulle rida vår Nådigsta Herre theraf ferdig sielf fierde."

119. Skogkloster

Claustrum Fratrum.

Monasteriologi.

Hermanss. & *Staaf* p. 19: *Schogense* Upl. . . prima Franciscanorum (lapsu calami) habitatio. *Rhyz.* Om Skogkl. Thetta är thet äldsta Domin. kl. i hela riket. Hujus historia est brevissima. A Dominico Præpositus Ups. Gandefredus conventum petivit. *Simon* Svecus & *Nicolaus* Lundensis advenerunt. Sictoniæ ab ArchiEp. Olao non admissi ex munificentia Canuti Folchungo haud minus commodum in Schogensi prædio nanciscuntur domicilium, at post biennium Dominicanos Lundenses repetiverunt. *Mess. Sc. Ill. T.* II. 25. &c.

120. Stockholm

Claustrum Fratrum.

Monasteriologi

omnes id enumerant.

De *initiis* varie adnotatum "1335 fundata est domus prædicatorum." *S. R. S. I:* 68. "1344 Prædicatores receperunt locum in Stockholm." *Ann. Minor. Wisby* S. R. D. I: 258. *Certum* est, ante 1346 exstructum fuisse. Tum R. Magnus II & R. Blanch: Prædicæræbröþrum i Stocholme war ingæld som þe hawa af oss twem arum længer æn var breff sighiæ. *Handl. r. Sk. h. XII:* 23. 1350 hic sæpultus est Dr Matthias, Interpres S. Bibliorum in Svecia primus, ad cujus reliquia "miracula S. Crucis" referebantur. 1407 combustum. 1417 Johannes Jerechini violenter claustrum introivit et in hospitem Prioris famulitium suum cultris armatum crudeliter instimulavit. Hospitem Peringsk. *Monum. Uller.* p. 154 Johannem Presbyterum Upsalensium & Ab-

30) v. Troil l. c. p. 349. *) Rhyz. **) Lgbr. Dipl. T. II.

batem nuncupat. 1440 *Renlefvis man Brodur Alf Krusa Prior i Prediko-brödhra Closter i St. ok Wælborin Man Clauus Plata*, testes ut adessent cambii cujusdam, rogavit Brigitta Ottis Pikkatils dotter **). 1457 pecuniam magnam heic deposuit R. Carolus in fugam se daturus Gedanensem, quam postea R. Christierno I Monachi tradebant. De qua re *Chr. Rythm. Maj.* S. R. S. I: 11. p. 155. 1458 "var Munckamot" l. c. p. 156, quando convenisse dicuntur "Andelika ok Riddaremän Bade innan Rijkes ok uthan." 1475 Rex Christianus Claustr. spoliavit. 1479 Prior Laurent Beronis Lector Theologiæ confraternitatis Litteras monialibus in Sco misit. Vide *Cist. Sco.* 1498 Prior Henrik & Laurent. Magni "Dr i then H. Skrift och menige conventet" quitationem dederunt Brigittæ Tott ad Svenstrup, quæ "at uppehålla H. Legemes lof" Lederne in parochia Solna contulerat. 1529 R. Gustavus, commendante R. Frederico, concessit, ut Tyge Krabbe & O. Rosenkrantz donum reciperent. 1502 cambium cum claustro fecit Seghridh vidua Laur. Budde. 1509 Henricus Doge Prior & Peder Magni Lector judicio adfuerunt Canuti Eskilli (Baner), ubi lis fuit inter Cl. & Dom. Sp. S. Holm *). 1523 de Conv. Monasterii opidi holmensis cxx lödig mark exigebantur (It. de conv. Minor. ibid. III C. m) *Link. Bibl. h.* II: 206. 1529 Monstrantiam hinc petiit Rex, 642 lod ponderis. *Dijkm. Ant. Eccl. p.* 76. *Olai Petri Tenkiebock* in *v. Troils Handl.* II: p. 284. "1528 Sabb. ante Nicol. S. D. kom Prioren af svartbrödhra br. Peder Oxen, Lector Laurentius, Lector Engerus ok Br. Olof," cum unam marcam, minus 30, residuam conventus haberet, consilium petentes, utrum remanerent, an abirent. Liberæ relinquebatur voluntati decretum. 1533 expellebantur Monachi. Fennicis mox concionibus habendis capella inservit. *Tenkieb.* R. Johannes III 1571 Germanicis eandem alternis concionibus aperuit.

Litteraturæ

vestigia non absunt. Hic: *Miracula S. Crucis annotata per gregorium Monach. Ord. præd.* Stoch. Vide *Link. Bibl. h.* II: 36. Ed. 4:o Ups. 1725 *Laur. Roberg* M. D. & Prof. Tituli Fratrum & doctrinæ & informationis indicia sunt.

121. Strengnäs.

Claustr. Fratr.

Monasteriologi

omnes id referunt.

In loco quo interfectus est S. Eskillus, claustr. exstruebatur. *S. R. S.* II: 394. 1275 primo memoratur. Magister Palno tunc fr. prædicatoribus de Stren-

*) Hæc a certo auctore hausta sunt, licet annotatio sit perdita.

gines II marcas den. contulit *Dipl. Sv.* I: 865. 1285-91 Philippus Joonsun famulus Dni Benedicti Ducis Finlandiæ, Fr. Præd. Strengines III m. den. dedit l. c. 890. 1293 Magnus Johannis IX m. d. *) 1305 in conventu prov. Skeningiæ lis dijudicata est inter Sictunensem conv. & Strengnensem **). 1314 Birgerus Petri II m. d. *) 1318 Duces E. & W. XX m. den. d. *) 1363 Bened. Philippi prædium d. *) 1414 Prior Laurentius *). 1473 Combustum. *S. R. S.* T. II. 394. 1523 de Conv. Str. XVI löd. mrk exigebantur. *Link. Bibl. h.* II: 205. 1536, incendium, urbem vastans, claustro parcit *).

Litteratura.

1461 libri non pauci catenati in eccl. Cath. adservabantur. Adhuc superstes Lactantius nitidissimus. *Benz. Mon. Eccl. p.* 106.

Claustr. Præd. Soror.

Creat Messenius in *Catal. Monaster.*, licet in historia sua tale ipse ignoraverit.

122 (?). Upsala.

Claustr. Fratr.

Monasteriologi.

Vastovius: præter 1. Fratr. Ord. Franc. admisit 2. Fratr. Ord. . . . *Rhyz.* hoc prædicatoribus adjudicat, quia in sigillo Johannis Odulphi ArchiEp. 1281 lectum est: *Frater Upsaliensis Ordinis Prædicatorum*, et Canon. ad Eccl. Ups. Olavus de Thorstunum *ordini prædicat. Ups.* se addixit. *Peringsk.* vero, ut jam Sect. I, p. 31, admonuimus, negat, famam explicans adserendo de domicilio Upsaliæ *Dominicanorum Sigtunensium,* in qua habitarent Fratres conv. Sict. cum certis festis Upsaliam conciones habituri venirent. Observandum ipsum *Peringsk. in Mon. Ull.* unum argumentum Rhyzelio suggessisse; p. 137 sigillum depingit Johannis Odulphi, quem "Munk af Pred. Ord. i Ups." ipse salutat. De *Olavo* vero *de Thorst.* p. 233 adfert, quod ad *Franciscanos* Ups. se contulerit. ArchiEp. Johannes 1290 Priori & conventui. Prædicatorum *Siktoniæ* indulgentiarum litteras dedit. l. c. p. 139. Cum de Claustro *Prædic.* quæritur, scrutationi confido Palmsköldianæ. Tunc penuria maxime est consideranda, imprimis cum testimouium unicum: *S fris iohis vpsalen ordinis pdicatoru:* explicari possit: *Sigillum Fratris Johannis Upsaliensis; Ordinis prædicatorum.* Haud raro enim *Upsalensis*

*) Rhyz. **) Lgbr. Dipl. T. 1.

usque ad sæc. XVII intelligi debuit: *Ups. Electus*, vel *Episc.*; nec rarius Ordinis, cui Episcopi antea adscripti fuerant, postea mentio facta est.

123. Westerås.

Claustr. Fratr. Arosiense.

Monasteriologis

omnibus innotuit.

De initiis errori inconsiderantiæ indulgeas Rhyz. p. 245, ubi ætas Swerkeri I nepoti Sv. adscripsit, statuens cl. Dominic. 1138-1151 fundatum esse. (S. Dominicus natus 1170). 1246. primo in diplomatibus occurrit. Tum de Ripis missus est Revaliam *Fr. Angelus de conventu Arosiensi*, nisi de *Aarhus*, ubi Cl. Dominic. jam adereat, heic cogitandum. *S. R. D.* V: 502. 1258-82 Christina Fastonis filia *Fr. Jacobo Arosiensi* III m. dari jussit *Dipl. Sv.* I: 855. 1275 Magister Palno fratribus Prædicat. de Westræ Arros II m. den. dedit. L. c. 865. 1279, vide infra. 1314 Prior Hemmingus testamento Johannis Angeli subscripsit *). 1318 Duces E. & W. Prædicatoribus in Wester Aros XX m. denar. ordinabant. 1323 Prior Haquinus donum istum quitavit *). 1379-84 Frater Acho Prior *Arosiensis* Ord. Fratr. Præd. in *Dipl. Lngbk.* obvius. Sine dubio *Aosiensis* legi debet. Vide *Åhus*. 1390 Prior Henricus Erici *). 1440 capellam Carolus Canuti Maresch. R. ibi exstruxit. Provincialis Ordinis, Lector Olaus *Pauli* (Petri *) & Prior Nicolaus vigilias voverunt. *v. Stj. H. M.* 103. 1464 Petrus Erici dona dat. *). 1473 Prior Petrus Ingewaldi *). 1482 Ingeburgis Matthiæ fil. d. d. *) 1503 Steno Sture et Ingeb. Akesdotter d. d. **). 1506 Prior Carolus Gudmundi, 1523 de cl. Arosiensi pecunia exacta est. *Link. Bth.* II: 205. 1524 R. Gustavus a munere removit Priorem Robertum Norvegum, qui novis in Dalekarlia studuit, Cui successit Nicolaus Andreæ. In hoc Claustro a. 1527 omnia claustra sublata sunt. Prioris cujusdam littera inter membr. in Skoklost. n. 241 adest.

Litteratura

Augustinus, Provincialis de Dacia, Arosiæ 1279 conscripsit *Pugillarem Rotulum. H. W. A. A. H.* IV. 138. Ex libris Ulphonis Holmgeri Canon. Arosiens. supersunt adhuc inter Ecod. Bibl. Ups. *Musica Mensurabilis*, *Libri metaphys. & phys.* Aristotelis; *Ejusdem Ethica*, translatio *Alexandrina*, *Epistolæ Senecæ* &c. &c.

---

*) Rhyz. & Grau om Westml. **) De Bibl. SvioG. medii ævi P. F. Aurivillius. v. Stiernm. Anm. till P. Nigri Chrönika p. 54.

124. Wisby.

Claustr. in Gotlandia Fratrum S. Nicolai.

Monasteriologis

Messen. Hermanss. & *Rhyz.* cognitum.

Ex *Anglia* primos huc venisse prædicatores Porthan opinari ausus est 1). Episcopus Finl. Thomas Anglus apud Dominicanos Visbyens. 1248 obiit. 1243 Innocentius IV Priorem & Fratres Ord. Præd. de Wisbii lingacop. dioc. per gothlandiam hortatur, ut se viriliter & potenter accingentes populum in arma vocarent, auxilium laturum crucisignatis in Livonia, Prussia. *Dpl. Sv.* I: 307. 1246 in Revaliam missus est per capitulum generale Ripis celebratum Daniel de conventu Wisbyensi. Is primus in castro fuit prior & prælatus ordinarius inter fratres. S. R. D. V. 502. 1288 obiit Prior Petrus de Dacia, (in Wisby natus) cujus Epistolæ in *Junii Actis Sanctorum* T. IV sæpissime Virgilium redolent. Is Scheningiæ studio principali antea præfuit *H. W. A. A. Handl. IV:* 138. 1280 Lector in Claustro, 1283 Prior. Vide *Klingwalls Fornl. & Skeninge.* 1293 Magnus Johannis IX m. arg. dedit *). 1317 Fr. *Botholphus* Prior Cfr. *G. Wallin Gotl. Sml.* I: p. 141 **). 1318 Duces E. & W. præd:bus in Wisby XX m. denor. dederunt *). 1325 Bothulphus Prior acceptæ pecuniæ quitationem ArchiEpiscopo Ups. dedit **). 1342 Fr. Henricus Prior Cl. S. Nicolai Visbyens. David Gardianus i Cl. S. Catharinæ, præsente Domino (Erico?), epistolæ subscripserunt. *Suhm XIII:* 62. 1393 In refectorio *prædicatorum* concionem audiverant, qui Heynonem Curatum Eccl. S. Olavi accusarunt. In ambone enim docuerat, quod *postquam fratres prædicatores & minores habuerunt licentiam generalem audiendi confessiones, in ecclesia Dei numquam fuisset verus pastor & posthac numquam in bono regimine & vigore statura sit;* it. *quod quicumque audiverit missam sacerdotis in peccato mortali celebrantis, peccet mortaliter;* it. quod *sacerdos in peccato mortali exsistens non habeat auctoritatem aliquam absolvendi;* it. quod *religiosi nihil aliud sunt, quam populi seductores* **). *Suhm* hic Wiclefianismi umbram cernit. *H. af D.* XIV: 319, 581. Vix autem ante 1421 vestigia illius in Scandia obvia. Potius Johanni de Poliaco consentit, cujus hæresin Bulla "Vas electionis" a. 1324 damnat. Brevi Pastoribus palma, Fratribus clades evenit. Bonif. IX a. 1395 18 Febr. Bullam emisit, de qua *v. Celse* p. 152. 1509 Claustr. a Lubecensibus vastatum est. Monachi, reformatione exorta, Ecclesiis præesse cœperunt, "concionando asseeti, Bibliorumque gnari." *Klingwall* l. c.

Litteratura

Petri de Dacia Gotlandi celeberrrimi scripta jam relata.

1) Chron. Episc. p. 188. *) Rhyz. **) Dpl. Lgbr. T. I.

125. Åhus.

(Oppidum Scaniæ).

Claustr. Fratrum.

Monasteriologus

Daugaard solus id descripsit.

Cui descriptioni pauca adnectenda. Unum tandum notum statuit Abbatem Hans Nielsen 1531; unicumque diploma. *Suhm* XIV p. 32 "Prior Ake af Ahus 1393." In *Dipl. Lngbk.* 1379-1384. Fr. Acho prior Arosiensis (Aoosiensis forsan describi debuit) vidimavit literam ArchiEp. Magni Lundens. Vide *Dipl.* Su. I: 812 an. 1285. In *Dipl. Capit. Lund.* n. 311. Fr:bus Præ:bus in Aos Præp. Trugotus ½ m. contulit 1289; n. 365 Dna Yde de Gladsaxe prædicatoribus Aosie I m. 1398; vide etiam n. 380, 382, 389. In *Dipl. Lgbk.* 1503 Henr. Brörstorp "til sortebröderne i Awss 1 pund korn" adsignat. In *Dipl. Lgbr.* 1479 Lasse Jeppeson borgher i Aoss gywith til Aosse Closter Swartebrödre ordens curiam in Rinkby. In *Dipl. Kil. Stobæi:* 1475 testificatio de dono die S. Tiburtis Claustro dato. 1498. Confirmatio R. Johannis cambii inter Claustr (quod Sätuna in Nörre Halland accepit) & Nicolaum Erickson (nonne Ås respicitur?) In *DelaG. Arch.* T. III. 36-39 littera donationis legitur, qua "Nils Person som kallas bragde ok höstre Magdalene Oluffsdotter fundeht eth alter mz sin ornement j suortebröderecloster j Aoss," quam donationem littera a. 1531, quam exscripsit Daug. respicit. In *Analecta Historica de antiqua urbe Ahusia C. Rönbeck Lundæ* 1798 obligationem Axelii Bragde, respectu litteræ quam adfert Daugaard, & nonnulla alia de claustro reperies.

XI. S. Francisci Ordinis s. Minorum.

Memorabile sane est, omnia hujus Ordinis in patria Claustra certa esse & indubitata, quare *in Appendice* illa illustrata offendes. Hic enim rei criticæ imprimis studuimus, quare, cum exscriptionem typicam intervalli vetat finis, ea sine dubio potius in aliud tempus differenda sunt, ubi parum novi ex congerie monumentorum enuclearemus, quam brevior methodus in expositone eorum, quæ supersunt, tandum eligenda.

126. *Arboga*, (Urbs Westman.) *Claustrum Fratr.* Monasteriologis omnibus notum.

127. *Enköping*, (Oppidum Upland.) *Claustr. Fratr.* Vastov. Messen. Hermanss. Rhyz.

128. *Halmstad* (urbs Hallandica), *Claustr. Fratr.* Messen. Hermanss. Rhyz. Daug.
129. *Jönköping* (Urbs Smolandica), *Claustr. Fratr.* monast. omnibus innotuit.
130. *Krokek, Claustr. in OstroGothia Fratr. Francisc.* Scr. R. Dan. V. 515, Vastov. & diplomata in Arch. DelaGard. *Johannit.* Messen. & Rhyz.
131. *Kungelf* (Oppid. in Bahusia) *Claustr. Fratr.* Messenius, Hermanss. Scr. Rer. Dan. IV p. 421, 572 V p. 514, 519 Ann. Eccl. I: 761. Rhyz. incerti ord.
132. *Linköping* (Urbs OstroGoth.) *Claustr. Fratr.* Monast. omnibus notum.
133. *Lund* (Urbs Scanica), *Claustr. Fratr.* Messen. Hermanss. Rhyz. Daug.
134. *Lödöse* (urbs olim in WestroGoth.) *Claustr. Fratr.* Monast. omnibus notum.
135. *Malmö* (Urbs Scanica), *Claustr. Fratr.* Messen. Hermanss. Rhyz. Daug.
136. *Marstrand* (oppid. in Bahusia) *Claustr. Fratr.* Scr. R. D. V. 514, 519. Suhm XIII p. 612, 672.
137. *Nyköping* (Urbs Suderman.), *Claustr. Fratr.* Monast. omnibus notum.
138. *Skara* (Urbs WestroGoth.), *Claustr. Fratr.* Monast. omnibus notum.
139. *Stockholm, Claustr. Fratr.* (Riddarholms kyrkan) Monast. omnibus notum.
140. *Stockholm, Claustr. Soror.* (S. Clara kyrka), Monast. omnibus notum *).
— *Fogelö, Eremus S. Francisc.* prope Holm. v. Celse Bull. p. 221. Sc. Illust. I. II: 46.
141. *Söderköping* (Oppid. OstroGoth.), *Claustr. Fratr.* Monast. omnibus notum.
142. *Torkö, Claustr. in Blekingia Fratr.* Daug.
143. *Trelleborg* (Oppid in Scania) Messen. Hermanss. Rhyz. Daug.
144. *Upsala* (Urbs Uplandia). *Claustr. Fratr.* Monast. omnibus notum.
145. *Wexiö* (Urbs Smolandica), *Claustr. Fratr.* Monast. omnibus notum.
146. *Wisby* (Urbs Gotlandica), *Claustr. Fratr.* Sparrm. Hermanss. Rhyz.
147. *Ystad* (Urbs in Scania), *Claustr. Fratr.* Messen. Hermanss. Rhyz. Daug.

---

*) De nomine filiæ Regis Magni, quæ Claustrum prima intravit, disceptari potuisse, mirum. In testamento Ducum Erici & Waldemari, in Carcere Nycopensi a. 1718 condito legitur: *"item religiosis dominabus Sororibus ordinis Sanctæ Clare Stockholm XL. marcas (ceteris claustris XX m.) denariorum et religiose domine Birkitte sorori nostre perdilecte ibidem centum marcas denar. it Ecclesie..*, Centies hoc Test. citatum. Attamen de Elenæ vel Richissæ nominibus, a pictoribus et Messenio adhibitis per sæcula litigarunt.

Litteraturæ vestigia hic Ordo, si a Brigittinis dicesseris, maxime conspicua posteritati reliquit.

XII. Johannitarum.

Hic Ordo a nobis tantum citetur, quippe qui a Monasteriologis semper observatus sit. At Ecclesiasticam, minus quam ceteri, speciem præ se fert, quare *Historia Ecclesiastica* hos fratres *Civili* plerumque tradidit. Claustra enumerentur:

148. *Eskiltuna* (oppid. Suderm.) *Claustr. Fratr.* Monast. omnibus notum. De quo *Monographiam* laudandam invenies in *Antiquitatibus Eskilt. ab E. M. Fant.*

149. *Kronobäck. Claustr. in provincia Calmariensi Smoland. Fratr.*, quod Johannit. nuncupant Vastov. Messenius, Sparrm. & Rhyz. Idem et *Kroneberg* Wexion. confundit Hermansson, claustrum inc. Ord. investigans ad *Mönsterås*, hic rudera Kronobäckiana sine dubio calcans.

150 (?) *Lund*, de quo *Sect.* I. p. 12, 15, ubi dubitationem e silentio diplomatum (codicum Necrologii & Lib. Dat. jamdiu fuit notissimum), probare conati sumus. Non negamus *Commendatorem* Lundæ certo die, imo certo tempore, fuisse, domum vero hospitulem, præter S. Georgii s. leprosorum & S. Spir. ibi ædificatam, quis inde colligere audeat? Forsan advena Commendator *Provisoris* munere hic functus est. Annum enim 1312, quo litteras Prior domus hospit. b. Joh. hieros. in Andworthæskaug, (vide *Pontopp. An. Eccl.* II: 103) edidit, diplomata & codices imprimis cingunt. Tum temporis Johannitas Lundæ fuisse, msc. in Bibl. Löberöd. adservatum ex Archivo Stierneld. descriptum dabit. "A. 1312 d. 2 Maji på Påvamötet i Wienne förstördes h. Tempel Orden, thå . . gingo breff therum — — — till Lunda Capitel, thet ther indrogh godsen åt Johanniter Ridd."

151 (?) *Stockholm. Claustr. Fratr. Apud Monast. omnes obvium.* Fontes nullos noscimus præter *v. Troils Handl.* II p. 276, *W. H. A. A.* H. II. p. 212 *Elers Stockh.* I: 165. *Lundequist* I: 279; qui omnes bonam requirunt interpretationem. Magis forsan observ. *v. Stiernm. Möt. Besl. p.* 73 ubi in *Westerås Recess* de ecclesiis & *claustris* extra muros Holmiæ quæritur.

152. *Söderköping* (oppid. OstroGoth.) *Claustr. Fratr.* Messen. Spegel, Hermanss. & Rhyz. quod in *hist. litter.* memorabile. Litteras ibi *typis exscripsit* indulgentiarum & confraternitatis Fr. Johannes Presbyter & Prior

totusque conventus hospitalis S. Spiritus extra oppid. Suderc. Vide Spegel, *Skriftl. Bevis till Bisk. Chrön. n.* 43. Cfr. *v. Stj. Hfm.* 173, 175.

XIII. Præmonstratensium.

Ordo continet Augustinianos, de quibus supra, in numerum Monachorum *omnino* transgressos. Cetera apud Daugaard &c. quærantur. Claustra etiam, de quibus nos aliquid afferremus, Daugaard bene illustravit; *Scanica* enim sunt omnia.

153. *Bäckaskog, Claustr. Fratr. Messen.* et *Rhyz.* Bened. Cist. *Daug.* Præm.

Descriptioni copiosæ Daugaardianæ addamus: E *libro Dat.* Mon Scan. I: 78. VI Kal. Maji ob. Adam Abbas de Saltu S. Mariæ &c. E *Dipl.* Sv. I. n. 812. Decanus B. monasterio in bækæskow ½ m. dedit 1285. E *Dipl. Capit. Lund.* n. 311, 361, 365, 380, 382, 404. E *Dipl. Lgbr.* T. I. 1320, T. IV. 1269 E *Dipl. Lgbk.* 1411, 1443, 1501, 1509. E *Dipl. Kil. Stobæi.* 1452, 1509, 1542. In *DelaG. Arch.* III: 27-29 (Niels Jepssen Abbiit) Nonne hic *Anselmus in silva,* 12 milliar. Lunda distante, quæratur? *Lgbr. S. R. H. II.* 68.

154. *Tomerup* (Oppid. olim), *Claustr. Fratr. Messen.* Bened. Cisterc. *Hermanss.* inc. Ord. *Rhyz.* Cist. *Daug.* Præm. Post Daugaard hoc cl. descripturus consulat. *Dipl. Sv.* I. 812. *Dipl. Capit. Lund.* T. II. ubicumque de Bäckaskog mentio fit. *Dipl. Lgbr.* T. I. 1382 T. II: 1419, 1436. 1757-92. T. IV, cujus dimidia pars diplomata hujus claustri continet. *Dipl. Lngbk.* 1333, 1344, 1388, 1419, 27, 33, 35, 36, 42, 57, 75, 91, 92, 93, 99, 1502 (?), 1531, 1532. *Dipl. K. Stobæi* 1333. Vide *Sjöb. Skånes hist. o. Beskr.* I: 32, 33. cujus "Duo claustra" de claustro S. Petri & domo S. Georgii intelligantur.

154. a. *Wä* (oppid. olim) *Claustr. Fratr.* Rhyz. & Daug. Vide *Mon. Scan.* II. 77, Lib. Dat. XI Kal. Maji. Ob. Fr. Esbernus Canonicus ecclesie S. Marie de Wæ. Secundum *K. Waldemars Jordebog* circiter a. 1231 *Wæ cum attinentiis* sustentationi Regis inserviit. *Sjöborg* l. c. p. 33. Hanc Abbatiam ad Bäckaskog, Anselmi forsan Claustrum *Benedictinum* antiquum, tunc jam translatam fuisse, nonne inde suspicetur? Vide *Dipl. Sv.* I: 78, 140, 141. Cfr. *Dipl. Lngbk.* 1494, 1499, 1501, 1528, 1568.

156. *Öwid, Claustr. Fratr. Messen. Rhyz. Daug.* Vide *Mon. Scan.* I: p. 145. *Dipl. I:* 812. *Dipl. Capit. Lund.* T. II. n. 311, 361, 365, 380, 382, 404. *Dipl. Lngbk.* 1443, 1665. *Dipl. Kil. Stob.* 1550. Cfr. *Sect.* I. 22.

Indices

in crastinum differendi.

Consummatio.

Claustra certa - - - circiter 90.
Claustra (?) - - - circiter 45.
Claustra (†) - - - circiter 20.

Nomina claustrorum apud Vastovium habes 65, apud Messenium 68, Rhyzelii certa & incerta sunt circ. 94. Historici "circiter 60" plerumque confitentur. Topographicorum vix numerabis.

Errata Typographi & Auctoris graviora.

P. 1. l. 8 lege *includentem*, P. 4 l. 18 adde: adgressi sumus. P. 18 l. 23. deo l. *de.* P. 25. l. penult. obs. Oregrund. non *ex ætate* ordinari. P. 31. l. 3 lege: *Tröggö insula . . . chro.* P. 33 l. ult. legit l. *legi.* P. 35 l. 4 l. *Warneme.* P. 37, 38, 39. 42 confusio numerorum irrepsit. P. 56 l. 16: 1430 lege 1480; P. 57, l. 17 *post l. ante.* P. 85: 64 *Askaby* l. 63. P. 90: 65 *Byar.* l. 64. — Claustr. *Kroneberg* inc. Ord. *Rhyz.* (?) omissum. Quæ omnia ceteraque condonentur trium operum diversorum editori et haud raro sex opificum, brevi sub intervallo brevissimisque diebus, correctori!

Theses.

I.

Mosem sacrificia historiæ antiquiori intulisse, ut majorem suis legibus & institutis gravitatem observantiamque conciliaret, nonnullorum jejuna fuit conjectura. Non modo ignorantiam Bibliorum, sed historiæ universalis indicat miram. Antequam culturæ peritus Ægypticæ fuit Legislator Israëlidum, sacrificiorum idea super gentes terræ alis opacis volitabat. Antiquior enim cultus sacrificalis Indorum, antiquius sine dubio Græci ritus semen. Aboriginum Helladis ipsorum opinionibus sine dubio non inimice cecinit Homerus:

— — — — — στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί
Τῶν περ καὶ μείζων ἀρετὴ τιμή τε βίῃ τε.
Καὶ μεν τοὺς θύεσσι καὶ ἐυχωλῇ ἀγανῃσι.
Λοιβῇ τε κνισσῃ τε παρατρωπῶς ἄνθρωποι
Λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ.

Iliad. IX: 493 *sqq. Cfr. Iliad. I:* 423 *sqq. IV:* 49, *XXXIII:* 206 *sqq. Plat. de Republ. lib. II.* Apud omnes gentes quodammodo excultas observare licet *ritum,* qui certo diei haud raro adnexus videtur. *Dies Unius Unicique Dei* nonne quodammodo a ceteris interdum distinguitur? Apud Gothos in cyclo, quo *res* colebantur, tres dies, qui septimanam incipiunt, *Soli, Lunæ & Igni (Soli, Lunæ & Vulcano:* Cæsar de Germ.): in cyclo, quo ad *ideas* perventum est, tres, qui sequuntur, *Odino, Thoroni, & Frejæ* dedicati sunt. (*Mercurium, Jovem & Junonem* in Irminsul viderat Poëta Saxonicus). Diei, qui superfuit, idolum nullum fuit præfixum. *Lotionis* dies dicebatur ad ripas lacûs, quas habitarunt Odinides, *lavacri* nomine (Lögur) insigniti; *Saturno* dicatus est, ubi ceteri *Soli, Lunæ, Mah-Vorti* (Magno igni), *Mercurio, Jovi, Veneri.* Quis autem *Saturnus? Unicus* Deus, qui cultus fuit, antequam exstitit *Trimurti,* Circulum, *æternitatis* signum, manu tenens, ætatis aureæ rex. (Vide *On the names of the days of the Week* p. 1—73 in *The Philological Museum* Nov. 1831 Cambridge). Præter umbram *festi diei* & lotionum, nonne umbra adest *sacrificii,* duplicis saltem indolis, *piacularis* pro peccatis & *eucharistici* pro beneficiis a gratia divina

*

acceptis? Sophoclem tantum in memoriam revocemus, ubi *Ajacem*, quem peccatorum vehementer pœnitet, frustra in aqua sacra lotum, se ipsum sacrificantem inducit, & *Oed. Colon.* v. 499 sq.

Αρκεῖν γαρ, οἶμαι κἀντι μυρίων μίαν
Ψυχὴν τάδ' ἐκτίνουσαν ἂν εὔνους παρῇ.

Cfr. *Lucian. in Dial. Deor.* lib. IV, 4 . . . . *θυθήσεσθαι λύτρον ὑπὲρ ἐμοῦ*; *Senec. Ep.* 76 ipsamque denominationem *Tragœdiæ s. cantus hirci* (expiationis symboli), quippe qui *orbem internum*, invisibilem, ubi pax divina quæratur, seu *animi* Iliadas, quæ *Μῆνιν Ἀχιλῆος* incipiunt & ad *τάφον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο* obmutescunt, explicent. Ubinam tamen radiorum horum innumerabilium per orbem emanantium centrum? In Ægypto nihil præter radium ipsum offenderis. Historia gentium digito, licet tremulo, mediam monstrat Asiam. Num *nihil* in monumentis Bibl. *antiquissimis* historiæ innuenti respondeat? Nonne ad ipsas Paradisi portas cultus sacrificus adesse dici potest, si flos ante efflorescentiam involucro conditus non absens dicatur? In Gen. IV: מִקֵּץ יָמִים, quod LXX reddunt *μεθ' ἡμερας* sacrificia celebrantur. De Sabbatho jam inaugurato in Cap. I. legitur. Quis est qui statuat, ejus jam oblitos esse primos homines? *Am Ende der Tage* doctissimi vertunt Germani. Nonne dies quo numerus dierum revertebatur, cogitandus, sive *hebdomadis* sive *anni* sit? Cfr. Exod. XXIII: 16. Lev. XXV: 29. Jud. XVII: 10, XI: 40, XX 19. 1. Sam. I: 3, II: 19. XXVI: 7, &c. Hoc *certo die* Sacrificia duplicis generis fiunt, *sanguinea & non sanguinea.* Illa Deo gratus Abel offert. Veteres & in agnis istis & in אַיִל, spinis coronato, in monte מֹרִיָּה, (cui adjacuit *Γολγαθᾶ*), typum videbant *τοῦ ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ, τὸν ἀκάνθινον στεφανὸν φοροῦντος.* Abelum Sacrificatorum primum & caput ab auctore Epist. ad Hebr. acceptum fuisse, numne omnino absurdum esset credere? Auctor Epistolæ, ut apud omnes constat, comparationem sacrificii V. & N. F. instituere anhelans, huic palmam tribuit. Sic conferuntur *αἷμα Ἰησοῦ* & *ἀδύνατον αἷμα ταύρων καὶ τράγων,* sic *ὄρος κεκαυμμένον πυρὶ* & *Σιὼν ὄρος* &c. &c. In hac comparatione continuata offenditur *αἷμα Ιησοῦ* & *αἷμα παρὰ τὸν* (το) *Αβελ.* Illud *κρεῖτον λαλεῖν* dicitur. De sanguine ipsius Abeli a fratre occisi (non sacrificati) semper cogitatur. Quam vero interpretationem sensui Epistolæ generali haud aptam nonnulli sine dubio habentes *Εβαλ* legi voluerunt (Vide *Verschuiri Dissertt. Philol. Exeg. Leovard.* 1773), citantes *Deutron.* XXVII: 13. Sin vero Apostoli tacent, lapides i. e. gentiles (Matth. 11: 9) clamant, ideam sacrificii generi humano coævam intuentes. Quæ vero idea in *ἡμέρα τοῦ Ιησου*, quam vidit lætificatus Abraham (Joh. VIII: 56), seu *ὥρα ἄυτη, διὰ τοῦτο ἦλθον*, & cujus recordatio angorem animi genuit (Matth. XXVI: 38 &c.), cernenda, percipienda, judicanda est.

II.

Confessionem Symboli Apostolici de *resurrectione alicujus elementi præter animum, cui "æternam vitam"* etiam ethnici vovebant, bene veteres in Sue-

cia interpretati sunt *"Likamins upstondilse."* (*Wor Frue tijdher paa Svensko fol.* 61 *verso*) & *Lekamens upståndelse* (*Een Handbok* 1548 *fol.* 7) Eandem sententiam omnino servat neque recentior eam augens interpretatio *Kötzens upståndelse* (*Handbok* 1608) nec recentissima eam minuens (*de dödas uppståndelse*). Hæc sine dubio eligebatur, ne confessio contraria videretur dicto Paulino, ubi de resurrectione agitur, *"ὅτι σαρξ καὶ αἷμα βασιλέιαν Θεοῦ κληρονομῆσαι ὀυ δύναται,"* & ubi *ἄφρον* nuncupatur, *idem* corpus, quod satum est, reddendum putare, 1 *Cor. XV.* Pauli vero *σῶμα ψυχικὸν* latius est dictum quam ejusdem *νεκροὶ.* Reddebat illud *ψυχὴ* apud Patres Græcæ Ecclesiæ. Cum hujus enim immortalitatem negant vel contra Christianos demonstrant, quis statuat de resurrectione *τῶν νεκρῶν* agi? *Justin. Mart.* in Dialog. cum Tryph. p. 222. *Οὐδὲ ἀθάνατον χρὴ λέγειν ψυχήν, ὅτι εἰ ἀθανατός ἐςι καὶ ἀγενητος δηλαδή.* Sunt quidem verba non ipsius, sed senis Christiani, cujus tamen effata probat Auctor. *Tatianus* aperte *in Orat.*: *Οὐκ ἐςὶν ἀθάνατος ἡ ψυχὴ κατ' ἑαυτὴν, θνητή δε . . Θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται μετὰ τοῦ σώματος.* Contra Athenagoram hæc effata sine dubio spirant, qui immortalem dixit *ψυχὴν,* quæ tunc describebatur *καθ' ἑαυτὴν σκότος καὶ οὐδέν ἐν αὐτῇ φωτεινόν, ὑλικὸν* (*ὕλη* in mundi creatione formata est, inferioris generis quam *πνευμα*). Cui tamen *ἀναςασιν εἰς ὕςερον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ κόσμου* etiam ii annuntiant, qui a somniis Psychopannychitarum abhorrebant. Tamen observandum, *ψυχην* apud eosdem Patres aliis locis *animum* respicere. *Just. Mart.* in fragm. *de resurrectione mort. in Grabii spic.* II. . . *ἀλλ' ἡ ψυχὴ ἐςὶν ἀφθαρτος, μέρος οὖσα τοῦ θεοῦ καὶ ἐμφύσημα,* sententia est adversarii, quam postea repetit libelli auctor, & hoc respectu Græcos antiquos de *ψυχὴ* mortali disserentes Græci Christiani castigant. Aristotelem, "qui *τῆς ψυχῆς διαβάλλει τὴν ἀθανασίαν,"* ipsam qui negaverat Tatianus improbat, & Theophilus (autol. II.) Homero objicit, quod cecinerit:

Ψυχὴ ἠΰτ' ὄνειρος ἀποπτημένη πεπότηται.

Tertullianus quantum nos scimus primus, inter *spiritum* (Paulinæ triadis *πνευμα,* Justinique platonizantis *λογον*) & *animam* (Pauli Justinique *ψυχὴν*), respectu immortalitatis, discrimen tollens, hanc distincte docuit esse natura immortalem, corporalem, effigiatam, substantiam simplicem, &c. *De anima* c. 22. Animæ corporalis resurrectionem postea affirmavit Ecclesia orthodoxa, ab immortalitate Muhammedico-Svedenborgica *terrestri* & Philosophorum *ætherea* æque distans, licet postea, cum Orientalismus pæne omnis evanuisset, & dualismus fere ubicumque invaluisset, *σώματι, corpori, carni* juxta *animum* immortalitas sponderetur. Non est diffitendum, Patres Græcos dicto Paulino fictiones addidisse Orientales, quas nuper iterum Europæi observare cœperunt. Conferas Tatiani: *Πτερωσις ἡ της ψυχης το πνευμα το τελειον, ὁπερ ἀπορριψασα δια την ἁμαρτιαν, ἐπτη ὡςπερ νεοσσος, και χαμαι πετης ἐγενετο. Μεταβασ νε της ουρανιου συνουσίας τῶν ἐλλαττονων μετουσίαν ἐπεποθησεν,* &c., & Thomæ Moore: *Perin and Paradise*, poëma mere orientale. Hinc tamen clarior eorum nobis arridet sententia. Quibus omnibus rite, perspectis vix præferentur

interpretationes, de quibus supra, annorum **1608** & **1810**. Antiquiori palmam tradimus.

III.

Pericopis i. e. *mutilatis* Scripturæ locis ætas faveret Papistica. Illos rejiciat Reformata! Censeo ad *antiquum* morem esse redeundum. Festis diebus certos festumque respicientes textus *concionatores* illustrent. Diebus dominicis sidratice N. T. juxta dispositionem Ecclesiæ (heic per qvinquennium a Clero Comitiali constituatur), prælegatur, explicetur, inculcetur, examinetur, concione addita, cum talem ita alias *prælegenti*, ut jam ab Academiis *reformatis* petitum est, & animi & materiei plenitudo ingesserit. *Antiquum* morem dicimus. Velut Judæi Paraschis suis quotannis integrum Pentateuchum (etiam Prophetas aliosque libros eodem modo perlegebant), velut Græci antiqui IV Evangelistarum textum certis pericopis distinctum quovis anni circulo absolvebant & adhuc, ni fallor, absolvunt, (*Leo Allatius in diatr. de dominicis et hebdomadibus recentiorum Græcorum*, p. 1464) velut Augustini tempore Ecclesia annuas lectiones solemnitatibus colendis tantum rupit, mox vero recepit (in *prooem.* in *I. Ep. Joh.*, T. IY, *Colon. Agripp.* 1616, p. 207) sic nos etiam in ecclesia *οὐ γὰρ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι π α σ α ν την βουλην του Θεοῦ.* Nostra in antiquissima, ut videtur, paraphrasi Bibliorum Suethica, in lectiones divisa sunt Evangelia publico cultui accommodata. Vide *Sveriges Sköna Litt.*, I, p. 78, cfr. p. 25, ubi quæritur de versibus J. Caldarini docentibus, *qui libri per anni circulum suo distincto tempore sunt legendi.* In *Agenda Ecclesiæ Suec. R. Gustavi I: Effter Collecten läses itt cap. eller halfft aff S. Pauli eller någhor annans Apostels Epistel, eller ock thet daghen tillydher.*" . . *Sedhan läses Evangelium itt cap. eller halfft vthaff någhon Evangelist eller ock thet daghen tillyder*" . . Quot conciones super Prophetis aliiisque Bibliorum libris habuerunt Sveci veteres! Quoties conciones editæ "quando N. T. totum, quando propheta in Ecclesiis totus perlectus erat!" Ex quibus colligitur, tum Ecclesiis pericopas non satisfecisse. Cur nunc satisfacient? Cur nunc istis parcendum? *Lutherus* de harum compilatore judicat, *dass er muss ein ungeschichter Man gewesen seyn und ein werckheiliger.* Edit. Jen. T, III. 270. Cfr. T. II. 557. T. III. ed. Witteb. p. 393. Pred. I. B. n. **11.** &c. *Spener* in pericopis non levem caussam cernit, *dass so viel Unwissenheit bey vielen Leuten ist und das Christenthum nicht fort will, dass meiste Volck sein Lebtag etwa wenig andere Texte höret, als die Sontags Ewangelien &c.* (in præfatione *des thätigen Christenthums*). *Arnoldus* de *eine greuliche Verstummelung und Zwang* (K. u. K. hist. I. l. IX. c. **11.** § 5) queritur, quibus consenserunt Pontoppidan, Danhauerus & Pfeifferus, &c. &c. statuentes pericopismum *a*) repugnare Dei expresso mandato. Deut. XXXI: 10—12. *b*) Eccl. Sacræ Usui. Nehem. VIII: 2, Act. XV: 21, Col. IV: 16. c) Papisticum omnino esse, quippe qui potiorem partem S. S. ex hominibus animis obliteraret. Quibus assentientes tamen papisticam ex-

cerptionem *liberis* textibus vel cuicumque recentiori excerptioni præponimus. *Novum Testamentum Ecclesiæ N. T. codex fiat Evangeliorum!* Hic etiam publico examini propositam volumus dissertationem nostram: *Förslag till ingen Evangeliibok. Eccles. Tidskr. Ups.* 1827 IF: 1—50.

IV.

Religio Regni Suethici est Biblico-Christiana, qualem Conc. Ups. an. 1593 constituit & Lex fundamentalis an. 1809 recepit. Symbola in quibus hæc concepta exprimitur, admonitioni Ap. Petri I. Ep. IV: 11, bene satisfaciunt. Hic, ut jam publice confessi sumus, veluti thesin totum ponimus librum: *Hvilken är Sveriges Religion? Stockh.* 1827.

V.

Ἔρως Platonis & Ἀγάπη Pauli rite distinguantur. Ille in *sensibus*; hic in *factis* cernitur.

VI.

שְׁנֵי עַמּוּדֵי הַתָּוֶךְ, quibus omnis domus nitatur, in Ecclesia Christiana sunt: *Σταυρὸς Χριστοῦ & Στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας: Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί.* Cfr. Judic. XVI: 29. 1 Cor. II: 2. 2 Tim. III: 16.

VII.

1 Joh. V: 7 etiamsi ad marginem relegaveris, locus hic Johannæus est *de Trinitate* præcipuus.

VIII.

Etiam in tribus Christi muneribus relucet Invisibibilis Dei trinitas. Ad quæ munera Christus vocatus est voce de cœlo missa. Ter enim tantum aperti super Jesu sunt cœli: 1) ad evangelizationem baptizato, *Matth.* III: 16; 2) cum cœlestibus de *τῇ ἐξόδῳ, ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἱερουσαλὴμ* colloquente, *Luc.* IX: 31; 3) Rege a Judæis salutato, hora *κρίσεως*, de qua judicavit: *νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. Joh.* XII: 31.

IX.

Εἰρηνηποιὸς erit Christianus, sed ita, ut propter *pacem* in terris parandam divinam, ipse non fugiat, licet non quærat, *bellum. Matth.* V: 9, 10.

X.

Matth. XXVI: 39: *Εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον* . . sic intelligatur: si *id* potest fieri (*διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην*) . . Conferas horas angoris, de quibus Matth. l. c. & Joh. XII: 27.

XI.

Quid præter *fidem* i. e. actorum *caussam* & *indolem interiorem* distinguit τους ἐκ δεξιῶν & τους ἐξ εὐωνύμων Supremi Judicis? Illi ad facta non provocant; facta vero eorum agnoscit Deus; hi provocant: ποτε σε (secundum jam a te allatam interpretationem) εἴδομεν . . καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι? Facta vero non ejus erant *naturæ*, ut a Deo agnoscerentur. Matth. XXV. Cur hic non cernuntur malefactores? Illos ipsa ratio condemnat.

XII.

In legislatione Ecclesiastica numquam confundantur quæ adhuc mere sunt *ascetica*, quæ jam in *dogmata* referenda sunt & quæ in *facta*, tranquillitati civili minantia, abierunt. Asceticis *sensibus* sine metu libertas concedatur. Sic Decret. Reg. a. 1726 die 12 Jan. in concordiam cum libertate Christiana redigatur. Piis conventiculorum canticis muri Civitatis si corruunt, nihil ruinam procrastinare potuisset. Ne quid ex dogmaticis detrimenti capiat respublica, jurisdictio Ecclesiastica, cui tamen ensis terrestris non relictus, provideat. (*Veritat*e oppugnentur *Errores!*) Falsæ enim *opiniones* in facta periculosa faciliter evadunt. Dedilon Jesuita a. 1827 jurajuranda non *quia* sed *qvatenus* esse tenenda, Regem docuit Franco-Gallorum. An. 1830 discipulus doctori credens molem ipsius terræ reddit vacillantem. *Facta* jurisdictioni subjiciantur civili.

XIII.

Signum Crucis in Baptismo celebrando in liturgia recentissima rejectum dolemus. Christiana repetat Ecclesia! Nonne quisquis Christianus miles erit, æternam Hierosolymam recepturus? Nonne Crux totius Christianismi ἱερόγραφα? Cfr. II Cor. IV: 5, &c.

XIV.

Decreto quodam Regio *dies IV dominicas*, a Deo consecratas, *consecratiores* reddere minus est aptum, quam cum de *aliis diebus* quæstio esset. Si vero Edictorum editio pergat, cur non desistat textuum electio ista singularium? Aptiores sunt *loci* Biblici, quam *versus*.

XV.

Catechismus Lindblomianus brevi meliori cedat.

XVI.

Date Sacerdoti, quod Sacerdotis, & Apparitori, quod Apparitoris est.